19.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
BACILLIS FISSIS
VULGO
Kerb-Stöcken
QUAM
DEO CLEMENTER ADJUVANTE
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN INCLYTA UNIVERSITATE VIADRINA
PRÆSIDE
DN. SAMUELE STRYKIO, J. U. D.
COM. PALAT. CÆSAR. ET ANTECESS.
CELEBERR.
DN. PATRONO PRÆCEPTORE ET HOSPITE SUO
DEBITA OBSERVANTIA COLENDO
DIE FEBR. HORIS ANTEMERIDIANIS
IN AUDITORIO JCTORUM
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
A. & R.
JOACHIM CHRISTOPH Stiſſer/
Quedl. Saxo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FRANCOFURTI AD VIADRUM
Typis JOHANNIS ERNESTI, ACAD. TYPOGR. Anno 1676.

VIRO NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

DN. JOACHIMO STISSER

SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE
PRINCIPIS AC DOMINI

DN. GEORGII WILHELMI
DUCIS BRUNSVV. ET LUNEB.

DUCATUS DANNEB. PRÆFECTO SUPREMO,
PARENTI SUO PLURIMUM COLENDO
ET OBSERVANDO

felicitatem perennaturam precatur

filius

[library stamp]

JOACHIM CHRISTOPH STISSER.

DUdum à me, *Venerande Parens*, obſequium exegit filiale, ut induſtriæ huc usq; in literas impenſæ tibi exhiberem ſpecimen. Exegit inſuper pietas tibi per naturam debita, ut paternum tuum,

idest

id eſt propenſiſſimum erga me affectum, redhoſtimento quodam demererer; Sed occaſione deſtitutus hactenus, vitam ipſam mihi acerbam putavi. Præciſa & impoſterum videtur omnis ſpes quicquam excogitandi, Paternis tuis meritis aliquâ ex parte reſponſurum. A primis enim in cunabilis me non tantum ſingulari proſecutus es amore, ſed & vix incedentem privatis Præceptoribus erudiendum tradidiſti. Ex eo tempore tantà ſollicitudine, tantisq; ſumtibus mea promoviſti ſtudia, & alia optimi Patris expleviſti officia, ut illis par non ſim enumerandis, cum ſint innumera. Nec in ſummis occupationibus tuis, quæ te interdum vix reſpirare ſinunt, unquam te deſeruit cogitatio, filium tuum reſpiciendi. Tribuiſti mihi & adhuc tribuis ea beneficia, quæ unquam â Parente ſollicito & pio exſpectari poſſunt, quæ in memoriam non revocare, arguerent ingratisſimum & improbisſimum filium. Sanè ſi in bacillo fiſſo ea conſignare voluiſſes, vererer ne tantæ ſortis debitor ſim exſtiturus, cujus uſuras exſolvere gravisſimum, imò imposſibile ferè mihi ſit futurum. Quantopere igitur tibi, his omnibus provocatus, ſim devinctus, cuilibet judicare in proclivi eſt. Sufficiat, quod hic publicè profitear, me tibi plus debere, quam exſolvere ulla ratione valeam. Accipe igitur *venerande Dn. Parens* filialis redhoſtimenti loco chartaceum quidem munus, ſed â filiali manu profectum. Accipe haſce primitias laborum Academicorum non alieno, ſed paterno vultu, in teſſeram grati animi & obſequii filialis ad cineres usq; continuandi. Perpendas in meâ penu nihil eſſe ditius bonâ voluntate. Meum erit incaleſcentibus ſuſpiriis æternum illud Numen, dum Spiritus hos artus rexerit, ſollicitare impensè, ut te noſtrorum omnium patrocinio quàm diutisſimè ſervet ac ſoſpitet. Vale, filiumq; tuum amore ſolito impoſterum proſequere. Dabam Francofurti ad Viadrum. KL. Febr. Anno 1676.

PRÆFAMEN.

EO plerumq; homines ingenio ſunt,ut ſpretis illis, quæ quotidiè verſantur ob oculos,rariora ſectentur & minꝰ obvia. Eſt enim in quotidianis faſtidium,ac animꝰ eorum pertæſus aliorſum trahitur, dum quæ vulgi notitiam transſcēdunt noſſe amat. Eapropter, tanto conatu antiquitates rimantur haud pauci,ut ſi Antiquarii titulum nacti,omne felicitatis humanæ punctum tetigiſſe videantur. Non detraho illis laudem, quam aucupant,cū & ipſum Imperatorem ad antiquitatis cognitionem ablegaſſe Studioſos,prima Juris noſtri doceant Elementa. Verum ſolis antiquitatibꝰ incumbere, & de præſentibus ſecurum eſſe, an magno Reipublicæ futurum uſui ſit,judicent alii,qui rerum momenta norunt. Ego ſanè,qui inter diſcentes numeror,aliorum delicias reprehendere nolo. Interim exemplo aliorum, meorum præcipuè Commilitonum,qui in hac Academia jucundisſimis materiebus exercuerunt animum, didici, etiam in vulgatis eſſe raritatem. Quapropter cum ſtudiorū ratio mihi ſpecimine publico reddenda eſſet illis,quorum nutu reguntur eadem,

non putavi me id facturum commodiꝰ, quàm ſi in re uſu tritâ, ruſticis pariter ac in dignitate conſtitutis obviâ, ſed tractatione rariſſima, ingenii vires periclitarer. Offerebant ſe quidem variæ juris materiæ, inſuper & commēdabantur quædam ab aliis. Inter omnes tamen nulla magis arridebat palato, quàm præſens de *Bacillis Fiſſis*. Perſcrutabar diligenter ſupellectilem rei literariæ, ſed inveniebam admodum curtam & tanto conatui vix ac ne vix quidem ſufficientem. Hinc tot rationes occurrebant, quæ animū meum ita dubium & incertum reddebant, ut non facilè eſſet ſtatuere, quid ſequendum: Mox enim ingenii tenuitas; Mox oneris magnitudo me deterrebat. Mox thema ſterile obicem mihi ponebat. Quippe propoſitam materiam juri noſtro incognitam eſſe, non tantum mihi, ſed etiam aliis patet, qui illud vix â limine ſalutarunt. Ex adverſo materiæ graviſſima utilitas me commovebat, & titubanti addebat calcar.

Et cum ſcirem cupidam LL. Juventutem hodierni ſeculi nihil fermè intactum relinquere, vicit tandem & me juvenilis audacia, effecitq;, ut jam Deo Autore ad rem ipſam me accingam. Tuum interim erit B. L. licet vires deficiant, voluntatem tamen approbare; & ſi fortè lapſus fuero ſubinde, communem hominum ſortem tibi in memoriam revocare.

CAPUT. I.

DE BACULIS EORUMQUE JURE IN GENERE.

SUMMARIA.

INgreſſus. 1.
Baculi Derivatio. 2.
Bacillus & Bacillum rectè dicitur. 3.
Baculus & Sceptrum. 4
De baculis decorticatis Jacobi 5.
An juſtè hoc fecerit Jacob? remiſſive. 6.
De baculo Moyſis. 7.
De Baculo Aaronis. 8.
Ille baculus ſemper manſit cum fructibus. 9.
Ratio. 10.
De baculo Samgaris. 11.
De baculo Eliſæ. 12.
Quare per baculi impoſitionem à Gebaſi factam puer non fuerit ſuſcitatus? remiſſivè. 13.
Baculus nonnunquam ſumitur impropriè. 14.
Quid per Decorem ſeu baculum amœnitatis intelligatur? 15.
Quid per funiculum ſeu baculum devincientium? 16.
Adducitur Pſalm. 23. 17.
Baculus paupertatis. 18.
De baculo Epiſcopali. 19.
Quid ſignificet ille baculus. 20.
Deſcriptio ejus. 21.
Explicatio. 22.
Epiſcopus accedens ad altare deponit baculum. n. 23.
Quare Rom. Pontifex non utatur baculo Epiſcopali? 24.
Rationes hiſtorica & myſtica. n. 25. ſeqq.
Clericis non gladio ſed baculo uti permiſſum. n. 27.
De baculo qui frangitur in judicio Criminali poſt ſententiæ publicationem. 28.
Fracto baculo executio non poteſt differri. 29.

Ex

Ex prægnantibus tamen cauſis interdum poteſt differri. 30.
An baculus inter arma lethalia referendus? 31.
An homicidium baculo perpetratum morte puniendum. 32.
An baculo invaſus ſe gladio defendere poſſit. 33.
Inveſtitura per baculum. n. 34.
Baculum ſignum Jurisdict: n. 35.
Jus conferendi baculũ quid? 36.
An ſub clauſula generali und andern Vogtheiligen Obrigkeit *contineatur quoq; jus conferendi baculum?* 37.
Quid ſint feuda curvi baculi. 38.
An etiam fœminis conferantur. 39.
De cane baculo alligando. 40.

1. ANtequam ad ipſam tractationem bacillorum fiſſorum me conferam, è re eſſe duxi, nonnulla de baculis & eorum juribus præmittere; Et cum nominum conſideratio ſit principium cognitionis *arg. L. 1. ff. de Juſt. & Jur.* prius erit inſpiciendum
2. unde derivetur baculus. Derivari ſolet baculus à verbo græco βακτρὸν fortè à βάινω, unde etiam deducitur βακτὴς fortis, robuſtus, *vid. Martini Lex. Philolog.* Iſidorus *L. 10. orig. Cap. 13.* putat, baculum a Baccho repertore vitis eſſe inventum, quod homines moti vino illo innitantur, quod tamen alluſionem magis ſapit, quam etymologiam genu-
3. inam. A baculo autem eſt diminutivum bacillus vel bacillum; quod poſterius regulis grammaticis circa diminutivorum formationem parum convenire videtur, receptum tamen id vocabulum eſſe, vel ſolus docebit Cicero, qui ſequentia verba habet *Lib. 2. de finib. §. 33.* *Ut bacillum aliud eſt inflexum & curvatum de induſtria, aliud ita natum: Sic ferarum natura non eſt illa quidem depravata mala diſciplina, ſed natura ſua.* Bacillo originem debet *imbecillis* i. e. ſine baculo, ut *inermis*, à Senibus, qui opera ſcipionis deſtituti labaſcunt & infirmi ſunt, notante *Becmanno, in Originib. lat.*

lat. lingu. Deſcriptioni Reali non immorabor, cum uni- 4.
cuique, etiam pueris in ſcholis ſatis conſtet, quid ſit baculus. Id ſaltem obſervaſſe utile eſt, quod ipſum ſceptrum & baculus olim haut rarò pro iisdem fuerint accepta, ut ita ſceptrum fuerit brevior baculus, quo quis inniteretur, ſicuti ex Homero obſervat *Petr. Greg. Tholoſ. in Syntagm. jur. univerſ. Lib. 6. c. 14. n. 8.* Ubi & Ovidium de Jove ita loquentem producit,

Celſior ipſe loco ſceptroque innixus eburno.

Et de hoc vetuſto more teſtis etiam eſt *Tacitus Lib. 4. Annal. Cap. 26. n. 4.* Ubi Ptolomæo Scipionem eburnum & togam pictam, tanquam antiqua patrum munera oblata eſſe dicit. Imò olim omnes Græcorum Imperatorum officiales ſua geſtaſſe ſceptra ſive baculos teſtatur *ex Job. Leunclavio Pandect. hiſt. Turc. Cap. 173. Theodor. Hoping. tract. de jur. inſign. Cap. 2. §. 7. Sect. 2. n. 823. Conf. Alex. ab Alex. Genial. dier. Lib. 1. c. 28.* Lubet ſaltem in præſenti agere de baculis diverſis, quorum non ſaltem in jure Divino & Canonico, ſed & Civili ſæpius fit mentio. In S. Scriptura celebriores bacu- 5.
li ſunt illi, quos decorticatos Jacob canalibus potionum aquarum imponendo, objecit ovibus Labani, indeque ex unicoloribus diverſicolores naſci fecit, *Geneſ. 30. v. 37. & 38.*
An autem juſtè hoc fecerit Jacob nec ne, & an ille proven- 6.
tus fuerit naturalis, an vero miraculoſus, hic inquirere mei non eſt inſtituti, ne immittam falcem in alienam meſſem, poterit tamen videri hac de re *Martinus Del-Rio in Pharo S. Sapient. ad d. L.* ubi primum aſſerit, item *Cornel. à Lapide Comment. in alleg. C. 30. Geneſ.* De baculo Moyſis, quem 7.
habuit ex mandato Dei, multa terribilia narrat Sacra pagina, mox enim potum de petra produxit, mox verò præſente Pharaone in ſerpentem transformatus eſt. Hujus etiam directione mare rubrum diviſum, ita ut Populus Iſraeliticus

ſicco pede tranſire potuerit, quem inſequens Pharao, in medio mari priſtinum motum recipiente, juſto Dei judicio cum omnibus ſuis miſerabili nece periit *Exod. 14. v. 16. 26. 27. 28.* De pluribus inſignibus effectibus huic baculo à Deo tributis videri poteſt *Exod. c. 7. 8. 9.* ejus explicatio ap. *Ni-*
8. *col. de Lyra Comm. ad cit. cap.* Admiratione etiam dignus eſt baculus vel virga Aaronis, quæ eodem penè tempore protulit germen, mox florem & ſtatim fructus, *Num : C. 17.*
9. Hunc baculum nunquam fuiſſe poſtea deſiccatum, ſed ſemper manſiſſe cum fructibus cenſet Abul notante hoc *Cor-*
10. *nel. à Lapide in ſuo comm. ad d. c. 17.* Ex hac ratione, tum quia perfecta ſunt Dei opera & miracula, tum quia hic baculus perenne fuit memoriale & teſtimonium apud poſteros rei geſtæ, ſcil. quod per hanc virgam floreſcentem Aaronis familiæ ſacerdotium eſſet conſignatum, & hoc poſteris probari non potuiſſet per virgam ſiccam, ſed florentem.
11. Fit etiam mentio *Jud. 3. v. ult.* baculi bovis, quo Samgar ſexcentos ex Palæſtinis, gente bellicosâ & infeſtâ Iſraelitis trucidavit, cujus explicationem pete ex *Ludov. Lavater.*
12. *in ſuis homiliis ad d. C. 3* Memorandus & hic eſt baculus Eliſæ, quem dedit Gehaſi, ut poneret ſuper faciem pueri Sunamitanæ fœminæ, & ita à mortuis ſuſcitaret. *2. Reg. 4. v. 29.*
13. Quare autem per impoſitionem baculi puer non fuerit ſuſcitatus, videri poteſt *Alphonſi Toſtati Com. in Lib. 4. Reg. qu. 50.*
14. Sumitur etiam baculus nonnunquam impropriè, uti *Zachar. 11. v. 7.* ubi officium Chriſti ratione Paſtoritiâ figuratur duobus baculis paſtoralibus, quorum prior, qui
15. Decor ſive amœnitatis dicitur, figurat gratiam & beneplacitum Dei, conquieſcens in populo ipſius per Chriſtum
16. prædicatione verbi. Poſterior vero qui Funiculus ſive devincientium appellatur, ſignificat Eccleſiam ex Jehuda & Iſraelitis reliquis coadunatam, teſtante *Imman. Tremell. &*

Fran-

Franciſc. Junio in ſuis annot. ad dict. c. 11. Ex quibus colli-
gunt Paſtoribus & Eccleſiæ miniſtris incumbere duobus
modis Populum tractare, bonos ſcil. & probos clementiâ,
improbos & impios vero ſuppliciis & pœnis. *Conrad Pelli-*
can. Comment. in Zachar. d. l. Ex qua acceptione explicati- 17.
onem fortè capere poterit *Pſalm. 23. v. 4.* Sicut & hac ra-
tione in Jure Canonico ille Pſalmus explicatur, *C. Diſcipli-*
na 9. Diſt. 45. Ubi verba hæc Emphatica ad Epiſcopum ap-
plicata, habentur. *Virgâ enim percutimur & baculo ſuſtenta-*
mur. Si E. eſt diſtrictio virgæ quæ feriat, ſit & conſolatio bacu-
li, quæ ſuſtentet. Sit itaq; amor, ſed non emolliens: Sit rigor, ſed
non exaſperans, ſit Zelus, ſed non immoderatè ſæviens, ſit pie-
tas, ſed non plus quam expediat parcens. Inſuper & in S. 18.
Scriptura indicium paupertatis eſſe ſolet baculus, quorſum
reſpexiſſe creditur Jacobus Patriarcha, dum *Geneſ. 32. v. 10.*
ſe cum baculo hoc tranſiiſſe Jordanem i.e. pauperem, di-
cit, *Conf. Polycarp. Lyſer. Harmon. Evangel. lib. 4. c. 72. pag. 27.*
cui convenit Germanorum Phraſis Wann einer an dem
Bettel-Stab geräht. *vid. Stuck. Lib. 2. antiq. conviv. Cap. 5.*
pag. 147. Theodorus Hoping. de jure Inſignium Cap. 2. §. 6. n.
393. Alia loca S. Scripturæ, ubi baculi diverſo ſignificatu ca-
piuntur *vid. Num. 21. v. 18. Jer. 1. v. 11. & c. 48.*

Baculos S. Scripturæ celebriores excipiunt Baculi, 19.
quorum in Jure Canonico mentio fit, inter quos emi-
net Baculus Epiſcopalis vel Paſtoralis, Germ. der Bi-
ſchoffs-Stab/ qui poſt conſecrationem traditur Epiſco-
po, in ſignum paſtoralis dignitatis doctrinæque autorita-
tis, *Can: Nullus Epiſcopus de Conſecrat. Diſtinct. 1.* poteſtatis
ligandi & ſolvendi. *Auguſtin. Barboſa de off. & pot. Epi-*
ſcop. part. 1. tit. 1. C. 5. n. 13. Vocatur alias etiam virga 20.
paſtoralis, *Rhegin. Chron. lib.* 2. & ſceptrum ab *Ottone Fri-*
ſingenſi Lib. 2. Cap. 6. cambuca, pedum & ferula *Joh.*

Gerb. Voſſ. de Vit. Serm. Lib. 2. Cap. 4. Cap. 1. § *jungitur in fin. x. de ſacris unct. junct C. 9. Diſtinct. 45.* Plura baculi paſtoralis Synonyma huc trahere non vacat, cui volupe eſt videat *Theodor. Hoping. cit. loc. n. 388. & ſeq.* De modo inveſtiendi per ferulam Paſtoralem olim in Germaniâ uſitato, *vid. Celeberr. Dn. Conring. Diſſert. de Epiſc. German. §. 35.* Hic baculus in degradatione iterum demitur, uti hoc factum in degradatione Benedicti, cui Leo VIII Pontifex diſcidit pallium, baculumque ſuffregit, teſte *Rheginone Chron. Lib. 2.* Exſtat eâ de re ſpecialis Canon *in Concil. 8. Conſtantinopol. act. 7.* his verbis: *Quia Baculus eſt ſignum dignitatis paſtoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus eſt non paſtor. vid. Petr. Greg. Tholoſ. Lib. 6. cap. 14. n. 14.* Reſtituto autem depoſito omnia illa reſtituuntur, *can. 27. Con-*
21. *cilii Toletani IV.* Eſt autem hic baculus curvus exemplo illorum baculorum, quibus paſtores animalium pedes retrahere ſolent, qui, ſicut in fine eſſe ſolent acuti, in medio recti, in ſummo inſtar ſemicirculi retorti; ita & boni Paſtoris eſt, non ſolum peccata hominum corrigere, & per eum pigros pungere, ſed etiam â veritatis viâ aberrantes ad verum tramitem ducere, reſipiſcentes in gremium recipere & judicii rectitudine & conſuetudine confirmare *Can. Diſciplina 9. diſt. 45. Innocentius Myſteriorum miſſæ Lib. 1. Cap. 62.*
22. Quod carmine certo quidam expresſit, quod refert *Gloſſa in Cap. un X. de ſacris unct.* cujus verſus ſunt hi:

In baculi forma Præſul datur hac tibi norma,
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum:
Attrahe peccantes, rege juſtos punge vagantes,
Attrahe, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

23. Quare autem Epiſcopus accedens ad altare deponere mitram & baculum, ſe vero convertens ad populum reaſſumere baculum & mitram ſoleat, de eo agit *Fulvius Paci-*

Pacianus Lib. 2. de probat Cap. 29. n. 48. & ſeq. Conferatur *Can. Diſciplina diſtinct. 45. & Can. Nullus Epiſcopus de conſecrat. diſt. 1.*

Romanus autem Pontifex non utitur baculo Paſtorali, 24.
ſeu curvato, ſed crucis ſaltem ſignum recto ſcipioni impoſitum dextrâ tenet, cujus rei rationem non tantum hiſtoricam ſed & myſticam adeſſe, ipſe Pontifex teſtatur in *c. Un. in fin. X. de Sacr. Unct.* Quod ad hiſtoricam attinet, expli- 25.
cat eam Durandus *in Rationali Lib. 3. Cap. 15.* cujus verba hæc ſunt: B. Petrus Apoſtolus Martialem diſcipulum ſuum (quem Dominus inter Diſcipulos conſtituit, cum diceret: Niſi efficiamini ſicut parvulus iſte non intrabitis &c.) miſit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, quo in viâ ad viginti diætas defuncto, Fronto Collega ejus rediit ad nunciandum hoc Petro. Cui Petrus: Accipe hunc baculum & tangens illum dic: Surge in nomine Domini & prædica. Ille vero in quadrageſimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & ſurrexit & prædicavit, & ita Petrus baculum à ſe removit & ſubditis dedit, nec recuperavit. Eadem hæc habet *Gloſſ. ad c. un. X. de Sacr. Unct.* Aliter recenſet *Innocentius cit. loc. & ex eo Paul. Layman. Commentar. ad Decretal. lib. 1. Tit. 15. in fin.* Nempe B. Petrus miſit baculum ſuum Euchario, primo Trevirorum Epiſcopo, quem unà cum Valerio & Materno ad prædicandum Evangelium Genti Teutonicæ deſtinavit. Cui ſucceſſit in Epiſcopatu Maternus, qui per baculum Petri de mortuis fuerat ſuſcitatus. Quem baculum usque hodiè Trevirenſis Eccleſia ſervat cum magnâ veneratione; & ideo Papa in illâ diœceſi utitur baculo & non alibi. Quamvis & Colonienſem Archi-Epiſcopum eundem ſe habere baculum, aſſerere teſtetur *Theod. Hoping de Jur. Inſign. c. 2. §. 6. n. 395.*
Myſtica ratio vel hæc redditur, quod per baculi incurva- 26.

 tionem

tionem deſignetur coarcta poteſtas & coercitio, quam cæteri quidem Epiſcopi ab homine recipiunt, ideò & à ſuis ſuperioribus baculos recipiunt: Romanus autem Pontifex, quia poteſtatem liberam à ſolo Deo habet, ideò baculo non utitur. Ita Durandus & Lancellottus Conradus *in templ. omn. jud. Lib. 1. Cap. 1. §, 1. verſ. crucis.* Dn. Caſp. Ziegler *not. & animadv. ad Lancellot. Inſt. Jur. Can p. 30.* Vel quia creditur eſſe ſignum limitatæ jurisdictionis, at Pontifex univerſalem prætendit. Plures rationes *vid. ap. Durandum & Dn. Strauch.*
27. *amœn. jur. Can. Semeſtr. alt. Eclog. 7. pag. 15.* Id quoque ex jure Can. obſervandum, non conceſſam eſſe Clericis gladii geſtationem, armati enim incedere non debent. *Can. 6. cauſ. 23. qv. 8.* baculo tamen ipſis uti permiſſum, *arg. Cap. un. in fin. X. de ſacram. unct.* quorſum ſpectat locus *Marc. 6. v. 8.* partim, ut ſuſtentando corpori inſerviret baculus; partim, ut paupertatis ſignum eſſet, *Polycarp Lyſer. Harm. Evang. L. 4. C. 72. p. 27,* Armorum verò loco baculo uti non poterant, quo ſenſu explicant locum contrarium ap. *Luc. C. 9. v. 3.* unde non abuti baculo debet Clericus, ſi enim alium verberaverit, omninò contra ordinis reſpectum agit, *Cap. un. X. de Cleric. percusſore,* ſicut & ſi ſacra Clerico tractanda, baculum deponere debet *Can. Nullus 57. de conſecrat. Diſtinct. 1.* Vid: quæ pluribus de uſu baculi Clericis permiſſo adducit *Philip. Helfr. Krebs. Diſſert. de ligno & lapide Sect. 9. §. 5.* ubi in §. 6. inſimul de baculis excavatis pugionem vel gladium continentibus agit.

28. Sequuntur nunc baculi quatenus in Jure Civili conſiderari merentur. Monendum tamen hic eſt, me, quam diligentiſſimè etiam evolverim noſtrum Corpus Juris, non tamen potuiſſe ullam legem invenire, in quo fieret mentio baculi, niſi loco ejus vel fuſtes aut virgas admitttere velis, cujus exempla vide in *L. 7. ff. ad L. Aquil. L. 1. C. de emend.*

emend. Serv. L. 2?. *ff. de bis qui not. infam. L.* 3. §. 2. *ff. de vi & vi arm.* Referam ergo huc, quæ occaſione materiarum Civilium Dd. de baculis proponunt. In Conſtit. Caroli V. *art.* 96. jubetur Judex baculum quem ex more in Judicio Criminali manu tenet, poſt ſententiæ publicationem frangere; *Petr. Greg. Tholoſ. de Repub. Lib.* 6. *C.* 20. §. 21. Quo 29.
ipſo innuit Judex de reo jam non aliter actum eſſe ac cum baculo, illumq; vitam amiſiſſe, ubi poſtea executioni & manibus Carnificis demandatur, ut tutò ſatis & ſecurè omni ſtudio pœnæ deſtinatus commerito afficatur ſupplicio; & hoc in continenti, etiamſi condemnatus aſſerat, ſe habere quæ Principi referat ſalutis ipſius cauſa L. 6. *ff. de poen. Matt. Stephan. & Berbardus Zierutz ad dict. Conſt. crim. Petr. Gregor. Tholoſ. in Syntagm. jur univerſ. Lib.* 32. *Cap. pen. n.* 2. & hoc ideò, ne detur facultas ſupplicandi, vel aliis artibus pœnam evitandi, *L. cum reis* 18. *ff. de pœn. L. fin. C. de cuſtod. reor. L.* 1. *C. de bon. proſcript.* Attamen optimè monet *Tholoſ.* 30.
d. l. & ex eo Speidel. Notabill. ſub voc. Stab ſ abbrechen/ interdum prægnantibus ex cauſis executionem differri, & aliquando commutari aut aboleri poſſe, *L. Ad beſtias* 31. *ff. de pœn. L.* 20. *C. de pœn.* uti exempla ſunt in *L* 3. *de pœn. L. Imperator Adrianus* 18. *ff. de Stat. hom.* Baculi enim fractio non ponit obicem gratiæ Principis aut juſtitiæ. Et ſanè hic mora non tam nocet, quam nocet feſtinatio; Unde & pro eo qui ad ſupplicium ducitur, & qui perire feſtinat appellatio & innocentiæ deductio permiſſa *L.* 6 *ff. de appellat. vid. Oldenkop. Tr. de Appell. in cauſſ. Criminal.*

An autem baculus inter arma lethalia connumeran- 31.
dus, & an homicidium baculo perpetratum morte ſit puniendum, quæſtionis eſt? Quia tamen ex percusſione cum baculo non facilè mors ſequitur, exiſtimo cum *Carpz. Pract. Crim. Part.* 1. *qv.* 3. *n.* 20. eum inter arma, quibus veriſi-

riſimiliter & regulariter homines interfici poſſunt, non eſſe connumerandum, unde &, ſi occidendi animus non adſit, homicidium baculo perpetratum pro doloſo non eſt habendum, præprimis quando percuſſio facta cum baculo parvo, *arg. L. 1. C. de emend. Serv. Decius Conſ. 9. n. 3. Maſcard.*
32. *de probat. L. 1. Concluſ. 97. n. 29.* Quod ſi autem baculo grandiori caput ſit percuſſum, & percuſſio plus vice ſimplici iterata, ita ut inde mors ſecuta, percutientem vix â pœná gladii ordinariâ ſe liberare poſſe putat *Carpz. alleg. loc.* ubi etiam tradit, quod de tali caſu accipiendi ſint textus omnes de ictu fuſtium loquentes, ut *L. 1. C. de emend. Serv.*
33 *L. 3. §. 2. ff. de vi & vi arm.* Ex jam dictis inſimul judicare licebit, quid juris ſit, ſi quis baculo invadatur, an gladio ſalvo in culpatæ tutelæ moderamine ſe tueri poſſet? Multum enim intereſt, qualis ille baculus ſit, an grandior & â clava parum diſtans, an minor, bacillo propius accedens: Contra illum nemo dubitat, licitum eſſe ſe gladio defenre, cum uti jam dictum, ad lethalia referatur arma; ſed de poſteriori quæritur, ſi quis invadatur mit einem Handſtock oder Spazierſtock: Et hic agreſſoris inſpicienda venit perſona, ſi enim hujus robur & fortitudo ſuppleat, quod baculo deeſt, & alteri in promtu non ſit aliud inſtrumentum, quàm gladius, juſtè baculo gladium opponere valebit, ut non dicatur moderamen inculpatæ tutelæ exceſſiſſe, *Carpz. Pract. Crim. Part. 1. Quæſt. 28. n. 26. Jodocus Dambouder. in Pr. rer. Crim. cap. 76. n. 16.* Quod ſi ex perſona aggreſſoris tantum non metuendum periculum, aliud dicendum, per ea quæ tradit *Dn. Lederer in tract. de jure belli privati Lib. 2. cap. 14. §. 5.* Quamvis baculo invaſo ſemper ſalva ſit exceptio, qua ſe â pœna ordinaria mortis liberare posſit.

34. Jam ad materias feudales dilabimur, ubi inter ſolennia inveſtiturarum occurrit, quod haut raro per baculum inve-

inveſtitura fieri ſoleat, vid. *Petr. Greg. Tholoſan. Synt. Juris. Lib. 7. cap. 14. n. 15.* In ſpecie verò quoties quis de juris- 35.
dictione inveſtiendus erat, baculus tradebatur, per quem in quaſi poſſesſione jurisdictionis & imperii conſtituebatur inveſtitus, *Fulv. Pacian. de probat. Lib. 2. C. 29. n 59.* Imò adhibebatur baculus aliquando ad diverſitatem jurisdictionis deſignandam. De Saxonum enim moribus antiquis teſtatur *Gryphiander de Weichbildis Sax: cap. 14. n. 11.* quod Judices, qui Altam habebant jurisdictionem, tenuerint gladium; Sculteti vero qui Baſſam exercebant, baculo fuerint uſi. Addatur *Theodor. Hoping. de Jure Inſign. cap. 2. §. 4. n. 190.* ubi in ſequentibus teſtatur, non ſemper jurisdictionis ſed & ſolennitatis intuitu baculum in certis feſtivitatibus adhiberi ſolere; quorſum non malè retuleris die Marſchalcks-ſtabe/quos fuſius deducere non vacat. Hoc ſaltem ſubnecto, etiam apud exteros poteſtatis indicium fuiſſe collationem baculi; Inde Princeps Moſcoviæ, cum aliquem Nobilium officio alicui præponit, baculum dare ſolet, quo ſignificatur, ei in omnibus velut Principi obtemperandum, & magiſtratu abiens, baculum illum in manus Principis vel ejus vices gerentis reddere ſolet. *Tholoſ. de republ. lib. 6. cap. 20. §. 21.*

Operæ etiam pretium erit hic attingere jus confe- 36.
rendi baculum, quod interdum etiam vocatur jus Paſtoralitium, & ſumitur pro jurisdictione, quia Princeps vel Dominus loci eſt quaſi Paſtor. Quanta verò poteſtas pertineat ad baculum paſtoralem ſive jus paſtoralitium non convenit inter Dd. Alii enim liberiorem illi tribuunt, alii reſtrictiorem, E. G. jus ſarciendi vias, jus capiendi & includendi pecus, hominesque ob damnum à pecude datum puniendi &c. *vid. Conſil. Argent. Vol. 1. Conſ. 2. fol. 69. & ſeq.* Conferatur de his & præcedentibus *Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voce* Hirtenſtab. An autem ſub clauſula generali und 37.

anderer vogtheiligen Obrigkeit contineatur quoque jus conferendi baculum vel virgam *vid. Knichen de Territ. jure Cap. 4. n. 502. & ſeq. Klock. de ærario lib. 7. cap. 2. n. 32.* & hos allegans *Dn. Diether. in addit. ad Beſold. Theſaur. Pract. d. l.* Ulterius hùc referenda feuda illa quæ dicuntur curvi
38. baculi. Sunt verò feuda curvi baculi feuda Eccleſiaſtica, quæ vel ab Eccleſiâ, Epiſcopatu, Abbatiâ, & ſimil. conferuntur, Germ. Lehn von einem krummen Stabe *Rudinger. ſing. obſervat Cent. 3. Obſ. 22. Beſoldus in Theſaur. Pract. ſub voce* krumſtabiſch Lehn; dicuntur talia â baculo curvo quem jam antea deſcripſimus, cui noviter inveſtiti duos priores digitos imponere, juramentumque fidelitatis perſonæ Eccleſiaſticæ, à qua confertur, præſtare debent. *Conf.*
39. *Knich. de Veſtit. pact. p. 1. c. 4. n. 33.* Illa autem quæſtio. circa hanc materiam incidere ſolita: An fœminæ ad ejusmodi feuda admittendæ, quod nonnulli volunt, moti per illud: der krumme Stab ſchleuſt niemand aus, à propoſito meo eſt aliena, cui tamen placuerit evolvat *Joh. Wurmſerum Tr. de feud. impropr. p. 54.* ubi negativam defendit.

40 Coronidis loco hic ſubjungere lubet, quod in plerisque locis, ubi jus venandi Principi reſervatum, non liceat paſtoribus pecudum aut ovium uti canibus, niſi baculis ad colla alligatis, ne feras perſequantur, illisq; damnum inferant. *vid. Philip. Helfrich. Krebs. Diſſert. de ligno & lapide Sect. 9. §. 4.* Si ſecus factum certa mulcta irrogari ſolet, quâ de re extat Conſt. Elect Brandenb. In der Jagt und Holtz Ordnung *de Anno 1620. § 14. Tit.* von den Hunden. cujus hæc ſunt verba. Es ſoll auch niemand er ſey von Adel/ Bürger/ Bauer/ Schäffer/ Hirte oder Müller ſeine Hunde ledig in Heyde lauffen/ ſondern einjeder den Hunden Prügel oder Knüttel zweyer Schuelang anbinden/ oder dieſelbe an Stricken führen laſſen. Da aber einer oder der ander ſolches

nicht

nicht thäte und von unſern Ober‑und Hoff‑Jägermeiſtern/ auch Ober‑und Holtz‑Förſtern/ nebſt unſern Hauptleuten auch Ampt und Holtzſchreibern/Haſenfängern/Buſchlauffern/oder dero Diener betroffen würde / ſollen alſofort die Hunde erſchoſſen werden/und er dazu 12. ßgl. welche halb der Herrſchafft/ und die andere Helffte dem/der es anzeiget/ zukommen ſollen/zur Straffe verfallen ſeyn. Verum hæc obiter; Tranſeundum jam ad

CAPUT II.

DE BACILLORUM FISSORUM DESCRIPTIONE ET SIMILITUDINE CUM CHARTIS PARTITIS.

SUMMARIA.

Deſcriptio bacillorum fiſſorum. 1.

An illa deſcriptio ſecundum mores hodiernos rectè ſe habeat? 2.

Deſcriptio Carpzowii. 3.

Synonyma. 4.

Teſſeræ frumentariæ quid? 5.

Quatenus hæ cum bacillis fiſſis conveniant. 6.

Talea quid? 7.

An rectè etiam vocentur Taleæ? 8.

Talia & Taliola. 9.

Affinitas bacillorum fiſſorum cum chartis inciſis vel Partitis. 10.

Chartarum Partitarum Synonymia 11.

Unde dicantur Partitæ? 12.

Partitarum definitio 13.

Quomodo conficiantur. 14.

Modus eas conficiendi in Aquitaniâ. 15.

Adhibentur etiam in depoſito & emtione. 16.

Earum uſus in Cambiis. 17.

In cauſis injuriarum. 18.

Aliud genus Partitarum quæ rationibus inſeruntur. 19.

 Harum

Harum deſcriptio. 20.
An habeant parem vim probandi cum rationibus? remiſſivè. 21.
Alud genus partitarum, quæ vocantur Eeebrieſe. 22.
Interdum & hæ verarum partitarum nomen ſortiuntur. 23

EGimus huc usque de variis baculis eorumque juribus; Sequuntur nunc bacilli fiſſi, qui à Voſſio *lib. 2. de vitiis Serm. C. 18. p. m. 292.* deſcribuntur, quod ſint duo ſigilla, quorum unum ab altero ſic reciſum, ut juncta veterem totius referant figuram, utrique verò unâ cæſurá numerum incidi, ut ſulci ſi jungantur probè reſpondeant, nec vel Creditor, qui unum ſigillorum retinet, plus valeat incidere, nec debitor inciſa radere, quia, ſi non in utroque ſit inciſum vel raſum, continuò fraus compareat. Sed quantum mihi videtur, reſpexit præcipuè Voſſius in

1\. (margin number beside "bus; Sequuntur…")

2\. deſcriptione bacillorum fiſſorum ad primam originem, ubi ita baculus ſine ullo artificio findebatur in duas partes, quibus iterum junctis, incidebantur debita vel credita. Quod ſi autem modernos conſulamus mores, artificio quopiam confectos videmus hos bacillos, ità, ut non ſemper ſint ligna fiſſa, ſed ligna diverſa, ita præparata, ut certa ratione uniri ac ſibi jungi poſſint, quò uno negotio utrumq; ſignari, ac notam recipere poſſit, quamvis non negem ſæpius etiam per fiſſuram confici. quà de re uſus notior eſt pro-

3\. lixiori deſcriptione. Non diſſimili ratione hos bacillos deſcribit *Carpz. p. 2. Conſt. 6. Def. 7.* quod ſint baculi inter duos v.g. Dominum & ruſticum diviſi, qui poſtea conjuncti, inciſis crenis demonſtrent, quantum datum vel ſo-

4\. lutum, vel ſolvi aut præſtari debeat. Synonyma autem varia horum bacillorum mores & uſus loquendi induxerunt; Dicuntur enim & bacilli ſciſſi, item ligna inciſa. *Bornit. de Inſtrum. lib. 2. cap. 55.* teſſera lignea, *Parlador. Rer. Quotidian. lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 5. n. 18.* Nonnullis etiam teſſe-

ræ

ræ rationariæ dicuntur, quod rationes in his baculis, tan-
quam in certa teſſera conſignentur. Erant enim teſſe- 5.
ræ ſigna certa, ad rei alicui fidem faciendam; Unde deſi-
gnabantur teſſeræ, quoties frumentum diſtribuendum e-
rat, nemini enim ſine his teſſeris habebatur fides, *vid. L. 2. C. de frument. Alexandr.* In ſpecie vero teſſerarum frumentariarum fit mentio in *L. 52. §. 1. ff. de judic.* per quas nihil aliud intelligitur, quam ſignum frumentarium, quod, qui exhibebat, frumentum à Principe accipiebat, & quidem pro portione ſignatâ *Cæl. Rhodigin. lect. antiquar. lib. 11. cap. 8.* & tales teſſeræ vendi poterant, *Conf. L. 49. §. 1. ff. de leg. 2.* Et has teſſeras in ſpecie deſcribit *Adr. Turneb. Adverſar. lib. 19. cap. 26.* quod fuerint fruſtilla lignea, quæ data ſunt iis, quibus jus erat petendi frumenti publici. Paulo aliter teſſeras frumentarias deſcribit *Guid. Pancirol. Theſaur. var. lect. Lib. 2. cap. 209. circa finem.*
6. Ex quibus apparet, cùm teſſera illa frumentaria fuerit lignea, commodè id traductum eſſe ad bacillos fiſſos, ut hi ſint teſſeræ rationariæ ſeu certa ſigna, rationes inter debitorem & creditorem exprimentia. Quo ſenſu fortè non abſurdè capi poteſt locus Plauti, ubi dicit: *Suam uterque teſſeram habet, ratio conſtat*, vel uti Germani loquuntur, Wann ein jeder ſein Kerbholtz hat/ ſo iſt die Rechnung richtig.
7. Porrò & Talea quandoque dicitur bacillus fiſſus: Eſt enim Talea fruſtum ligni præciſum in utraque parte, ut terræ inſeratur, *vid. Joh. Calvin. Lex Jur. voc. Talea.*
8. Alii verò Tallea dicere malunt, à Græco θάλλω, ex mente *Corvin Font. Latin. ſub illo vocabulo, p. 784.* Quà ratione etiam Galli bacillum fiſſum appellant *Taille, un morceau de bois à marquer le conte de quelque choſe.*
9. Unde & latinè aliquando non Talea ſed Talia dicitur, *Voſſ. de Vitiis Sermon Lib. 2. cap. 18. p. 292.* à quo diminutivum Taliola, quod pro Synonymo bacilli fiſſi refert *Parlador.*

loc. cit. n. 18. Germanis dicuntur Kerbhöltzer oder Kerbſtöcke/
prout vel ex fiſſis bacillis, vel aliis ad juncturam recipro-
cam præparatis lignis confecti.

10. Cum hiſce bacillis fiſſis quam maximam affinita-
tem habent chartæ inciſæ, quæ nonnunquam vocantur
11. ſchedulæ dicatæ, *Rudinger. ſing. obſ. cent. 1. Obſ. 44.* vibratæ,
Webner. ſub voce Kerbhöltzer, Galli & Angli vocant Partitas,
Boerius Dec. 105. Moller Semeſtr. lib. 4. cap. 37. Carpz. cit. loc.
12. *Bornitius de Inſtrum lib. 2 cap. 54.* quod forſan à verbo Gal-
lico *partir*, quod idem eſt ac dividere, derivationem tra-
hit, quamvis illâ linguâ etiam vocentur *les billets partagées*
vel lettres partagèes Germ. verò ausgeſchnittene Zettel/
ausgeſchnittene Brieffe/ Kerbzettel/ à modo exſcindendi,
13. *Ruland de Commiſſ. lib. 5. cap. 12. § 6.* Definit autem has-
ce chartas partitas *Joban. Laurent. Zubrod. in diſſert. de*
comparat. literar. cap. 10. p. 61. quod ſint ſchedulæ, partium
conſenſu inciſæ, quarum alteram pars altera recipit, ut
per cònjunctionem earum probatio fieri, & veritas inde
14. cognoſci poſſit. Modum eas conficiendi tradunt hunc,
quod ex conſuetudine Germaniæ duæ ſchedulæ unius te-
noris ex pergameno, vel unâ eademque chartâ aut papiro
æqualiter correſpondentes in baſi, conficiantur, quæ retor-
to obliquoque modo plerumque ad ochæ formam incide-
rentur, & vel ante vel poſtea literis ſignarentur, ita ut am-
bæ ſchedulæ in extremitatibus coujunctæ appareant quaſi
de unâ chartâ. *zubrod. Ruland Webner. Ruding. allegatis locis.*
15. Alium modum in Aquitaniâ obſervari proponit *Boer. dict.*
Deciſ. 105 nempe literas quaſdam magnâ figurâ pictas, v.g.
A B.C.D. poni vel in fine ſchedulæ, vel etiam alio modo, po-
ſteaque chartam pro lubitu partium non rectè, ſed obliquè
ſcindi haut ſecus ac in panno ad colorandum vel tondendũ
tonſori dato, ex quo parva aliqua portio, quæ *l'èchantillon*
appel-

appellatur retinetur à Domino, quo poſtea ex comparatione appareat, an fraus ſit adhibita, nec ne. Hujusmodi 16. ſchedulas aſſerit, dividi interdum inter deponentem & depoſitarium, & in emtionibus obſervari etiam ſtatuit *Rudinger, ib.* Aliàs conſtat in cambiis ejusmodi ſchedulas haut 17. rarò frequentari, ubi literæ campſoriæ dividuntur, & una pars datur illi, qui dicitur Acceptans, altera verò à Remittente mittitur Tractanti, qui eſt ille à quo debet ſolvi, ubi poſteà in loco ſolutionis hæ partes junguntur, & ſolutio fit. Hoc inſuper refertur, quod Acceptantes eo adhuc fruantur beneficio, ut, quamdiu non facta ſolutio, tamdiu ſumptibus Tractantis vivant, forſan ex hac ratione, ne ſi fortè ſolutio differatur, illi neceſſè habeant cum ſuo damno in aliquo loco commorari, quam praxin tamen non omnia loca receperunt. Aliud genus chartarum 18. Partitarum exhibet ordinatio Regni Bohemici, ubi ejusmodi ſchedulæ in injuriis, tam ad inveſtigandam quam ad excuſandam injuriam mitti & remitti ſolent, in quibus etiam requiritur ut linguà Bohemicâ ſint ſcriptæ, quæ poſtea producuntur probationis loco. *Webner ſub voc.* außgeſchnittene Zettel. Ab his chartis Partitis differunt Partitæ 19. rationibus inſeri ſolitæ, quæ ſunt ſchedulæ quædam rationibus immixtæ, in quibus quædam ſummæ ad rationes ſpectantes notatæ, quæ Partitæ vel rationibus connexæ ſunt, vel ſeparatæ, de quibus an parem cum rationibus pro- 21. bandi vim habeant, prolixè agit *Munnoz. de Eſcobar. de Ratiocin. cap. 13. n. 1. & ſeqq.* ubi etiam illas Partitas alio modo Parcellas dici monet. *conf. Eſcobar. d. l. cap. 12. n. 3.* quarum mentionem quoque facit *Job. Heeſer. Tr. de rat. reddend. Loc. 8. n. 31.*

Ulterius à chartis partitis ſuperius exhibitis differunt 22. chartæ Partitæ, quæ inter Locatorem & Conductorem navis

vis circa merces transvehendas conſcribi ſolent, Germanis dictæ Seebriefe/ ſeu frequentato Mercatoribus vocabulo *Charta partye*, de quibus *vid. Marquard. de jure Mercator. lib. 2. cap. 10. n. 60* Belgis hæ literæ dicuntur *Certepartye*, de quarum indole prolixè agit *Jacob. Coeren. Obſer-*
23. *vat. rer. in Senat. Holland. judicatar. Obſ. 28.* Quanquam non negaverim, ſæpius etiam has chartas inter Mercatores diſcindi, & ita verum nomen chartarum Partitarum eas conſequi.

CAPUT III.

DE

MATERIA ET FORMA BACILLORUM FISSORUM.

SUMMARIA.

Connexio Capitis. n. 1.
Materiæ diviſio. n. 2.
Materia circa quam. n. 3.
Uſus bacillorum fiſſorum apud molitores. n. 4.
Quid moris ſit in Miſniâ n. 5.
Quid ſi bacilli fiſſi & frumentum in ciſtâ Molitorum repertum non reſpondeant. n. 6.
Quinam dicantur die langen Stöcke. n. 7.
Quid moris in molendinis bannariis. n. 8.
Mores Marchici allegantur. n. 9.
Uſus bacillorum fiſſorum apud Zytopeptas n. 10.
Uſus eorundem in exigendâ Ziſâ vel Acciſâ n. 11.
Quale hoc caſu juramentum præſtandum ſit in Marchiâ. n. 12.
Opiliones inſtructi eſſe debent bacillis fiſſis. n. 13.
Quid in illis conſignent? n. 14.
Bacilli fiſſi adbibentur ad deſignanda ſervitia à ruſticis præſtita. n. 15.
Uſus bacillorum fiſſorum præcipuus ſaltem eſt in rationibus ſimplicibus. n. 16.
Forma bacillorum fiſſorum. n. 17.

In-

In multiplicibus rationibus adhiberi poſſunt bacilli fiſſi. n.17
Explicatur per caſum. n.18.
Rationes ſubjiciuntur. n.19.
Rationes Tutelares an per bacillos fiſſos reddi posſint? n.20.
Ruſticus poteſt eſſe Tutor. n. 21.
Quomodo hic rationes reddere posſit. n. 22.
Rationes poſſunt reddi per alium. n.23.
Rationes dubitandi quare hoc caſu bacilli fiſſi non ſufficiant n. 24.
Rationes non offerendæ in folle n. 25.
Deciditur quâ ratione rationes tutelares in bacillis fiſſis notari poſſint. n.26.
Quomodo conficiantur bacilli fiſſi. n. 28.
Inſcriptio nominis & rei in bacillo fiſſo fieri debet. n.29.
Quid ſi hac inſcriptio omiſſa. n. 30.
Annus & dies an adſcribendus? n. 31.
Deficiente inſcriptione, per teſtes cauſa bacillorum fiſſorum probanda. n.32.
Locus hic eſt juramento judiciali. n.33.
An idem in juramento ſuppletorio? n.34.
Affirmatur certo caſu. n. 35.
Unusquisq; contrahentium dimidiam baculi ſecum habere debet. n.36.

DEſcripſimus in præced: Cap. bacillos fiſſos, inſimul etiam chartas Partitas earumq; genera de- 1
pinximus: Nunc accedimus ad materiam & formam bacillorum fiſſorum. Ad materiam
quod attinet, lubet mihi majoris commoditatis & meli- 2
oris diſtinctionis gratiâ illam dividere in materiam *ex quâ*,
& materiam *circa quam*. Materiam *ex quâ* jam ſupra
luſtravimus, ex ligno enim fisſili eos ordinariè confici in
vulgus notum, & ſuperius jam adductum eſt, ideò crambem bis coctam, quod dicunt, apponere meritò ſuperſe-
deo. Conſideranda itaq; venit materia *circa quam*; per 3
quam intelligo objectum bacillorum fiſſorum, ſeu mate-

D riam,

riam, in quâ uſus eorundem præcipuè ſe exſerit. Quamvis enim aliàs in jure noſtro per materiam regulariter illa, quæ dicitur ex quá intelligatur; eſt enim materia, ex quâ aliquid fit *L. 7. §. cum quis ex aliena ff. de acq. rer. dom.* Unde de materiâ Navis agitur in *L. 57. & 88. ff. de leg. 3.* licet aliquando materia ſtrictius capiatur, unde materia ædium ligno opponitur *L. 168. ff. de V. S. l. 55. ff. de leg. 1.* Interdum tamen etiam in jure noſtro materia rei pro uſu rei accipitur, ſicut intelligo *L. 198. ff. de V. S.* ubi dicitur, quod prædium urbanum non locus faciat ſed materia, i. e. uſus urbanus, Ex genere enim uſus illa prædia diſtinguuntur *L. 166. ff. de V. S.* Eapropter nemo mihi vertet vitio ſi materiam bacillorum fiſſorum propoſiturus, uſum eorundem hic loci demonſtravero.

4 Proponam verò materias, ubi bacilli adhibentur fisſi ſine certo ordine, nec omnes, ſed præcipuas ſaltem, quas tempore excluſus notare potui; Et primo quidem loco notum eſt, haut exiguum bacillorum fiſſorum eſſe uſum in molendinis tam ruri quam in oppidis, ubi una pars molitoribus, altera vero piſtoribus, cereviſiæ coctoribus vel etiam aliis ordinariâ ſerie molentibus datur. Hiſce bacillis fisſis molitores inſcribere debent modios frumenti, demtá prius à ſingulis portione aliquâ Germ. die Metze; quæ portiones in ciſtâ aliquâ usq; ad rationes aſſervantur. Habet autem illa ciſta, ſuperiùs ubi clauditur, foramen ferro munitum, quod ita confectum ut benè quidem per illud frumentum infundi, non autem depromi posſit. Exiguntur autem ejusmodi rationes communiter elapſo tri-
5 meſtri ſpatio, quod barbarè vocant Quartale. In Miſniâ molitores ſingulis hebdomadibus die Saturni. Officialibus Principis molarum curam habentibus, bacillos fiſſos tenentur offerre, quorum crenis numeratis, per ultimam linea quæ-

quædam atramentaria duci ſolet, quo initium & finis uniuscujusq; hebdomadis cognoſci poſſit; quicquid igitur annotatis reſpondet, libris rationum inſeritur. Quod ſi 6
autem plus in ciſtâ reperiatur, quam annotatum, factâ prius inquiſitione, unde talis inæqualitas eveniat, exceſſus non cedit molitori, ſed pertinet ad Dominum molæ, ſicut & ſi minus in ciſtâ reperiatur quàm in bacillis fisſis, hic defectus ſupplendus à molitore, & a Scribâ in Regiſtris ſub diverſo annotatur titulo, qui inſcribitur Zugang. *Vid. Ord. mol: in Miſniâ ap. Colerum. Oper. Oecon. lib. 2.* von allerhand Hausarbeiten / *Cap. 3.* §. die wochentliche Aufmerkung. *p. m. 18.* Refert eandem Ordinationem de bacillis fisſis Molitorum *Job. Hering. de Molendin. Quæſt. 45. in fin. p. m. 452.* 7
Datur etiam aliud genus bacillorum fiſſorum in molis, qui vocantur oblongi, die Langenſtocke / in quibus asſignantur nomina illorum, qui aliunde veniunt. & non ordinariè molunt, die frembden Mühl Giſte. Alia contrà obtinet conſtitutio in pagis Miſniæ, ubi Principes molas Bannarias habent. 8
Ibi enim Judices pagorum vel Prætores pariter ac ſinguli ruſtici, ſuos tenent bacillos fiſſos, quibus, antequam frumentum in molam transportatur, primùm Prætor, poſtea vero molitor, iterum alios habens bacillos fiſſos, frumentum inſcribit. Hoc enim quam optimè facit ad evitandas fraudes ruſticorum, quibus molendina bannaria eludere ſolent, ſimulando ſe ad hoc molendinum deferre frumentum, poſtea tamen partem nihilominus ad aliud molendinum prohibitum transportant; Quam ob rem recenſebo verba dictæ Conſtitutionis Miſnicæ, quæ quantum ad præſens negotium, ita ſe habent: Unſer Befehlhaber neben dem N. ſoll alle Sonnabend die Kerbholtzer / ſo wol auch den langen Stock vom Müller fodern / dieſelben / wie viel er von dem Bauren und Beckern an Weitzen / Korn / Maltz /

Steinmehl/Heidekorn/und dergleichen Metzen die Wochen außgeſchüttet/ beſichtigen/und wo der letzte Kerb auf dem Kerbholtz wendet/ mit einem ſchwartzen Tintenſtrich zeignen/auff daß ſie die andere Wochen wiſſen mögen/ wo ſie anzehlen ſollen/und was ſie nun vermöge der Kerbholtzer und Zeichen ſo die Woche gemahlen/und den Tag außgemetzet wird/recht befinden/ ſoll durch den Befehlhaber in Rechnung gebracht werden. Befindet ſich auch im außmetzen mehr/den der Müller angeſchnitten/ſo ſoll ſolches allemahl unter ſeinem Titel/Zugang das mehr im Kaſten befunden/ dann der Müller angeſchnitten oder Zeichen gehabt/ eingeſchrieben werden/ und ſolcher Zugang ſoll der Herꝛſchafft allein folgen. Hæc Molendina tamen bannaria regulariter talia eſſe non præſumuntur, cum libertati naturali refragentur; probandum ergò eſt,quod hæc ſervitus molendinis fuerit acquiſita: Refertur enim hoc jus inter ſervitutes à *Capoll. Tr. de Servit. Cap. 50. n. 2. verſ. prӕterea. Balb. de Præſcript. P. 4. Partis 5. principal. Q. 6. n. 3.* quamvis, quia in faciendo hoc jus conſiſtit, impropria tantum videatur ſervitus. Conf. *Hering de Molendin. Q. 11. n. 47.* ubi in præcedentibus à *n. 15.* docet nec vi jurisdictionis compelli poſſe ſubditos,ut Domini molendino utantur, ſed hæc o-
9 biter. Alibi ut in terris Brandenburgicis, quando pagi propè urbem ſiti, & ruſtici in illâ molunt, unusquisq; ſeorſim habet ſuos ſaccos certâ figurâ ſignatos, inſuper etiam bacillos fiſſos cum molitore oppidano diviſos, in quibus ruſtici nomen expreſſum. Exſtat eâ de re Churfürſt Joachim Friederichs Marggraffen zu Brandenb. Ordnung des Sackens/Mahlens und Einnehmung der Scheffelſteuer in der Marggraffſchafft Brandenburg *de Anno 1602.* ita ſonans: Jn den Müllen in und an den Städten/ da die negſt angelegene Dörffer mahlen/ſollen auß jedem Dorffe

Kerb-

Kerbſtöcker/und auff einem jeden Stock des BauernNah-
me geſchnitten/auch ihre Säcke ſonders gezeignet werden/
damit der Müller Knecht und Junge/ ſo in der Mühlen
auffwartet/ jedesmahl berichten kan auß welchem Dorffe
das Getreide komme/und wem es gehöret.

Pari modo etiam bacilli fiſsi frequentantur in illis 10
locis, ubi Zytopœia viget, & optimæ benèq; ſapientes
cereviſiæ habentur; Videbis enim ibi apud Cereviſiarios
integros faſces bacillorum fiſſorum,qui,ſi crenæ ad finem
perductæ, factâ ſolutione vel franguntur,vel abſciſsis pri-
oribus crenis, illisq; de novo ſignatis, ad eundem uſum
iterum adhibentur. In Electoratu Brandenburgico eti-
am in pagis Prætoribus concreduntur bacilli fiſsi à Ziſe- 11
Magiſtris, in quibus nomina braxatorum & quoties cere-
viſia cocta, annotare debent. Es ſoll denen Schultzen in
allen Dörffern des Landbrauens halber Kerbſtöcke zu hal-
ten befohlen ſeyn. Hi Prætores à ZiſeMagiſtris ad ratio-
nes computandas & demonſtrandos bacillos fiſſos vocati,
ſi non compareant, debent perſolvere pœnam 5. aureo-
rum. Vid. Ordnung des Brauens im Churf. Brandenb.
ap. Coler. lib. 2. cap. 15. p. m. 41. Alias jurant etiam, ſe quan-
tum licuerit fraudes circa Zytopœjam, vel importati- 12
onem ac venditionem peregrinarum cereviſiarum contin-
gentes, averſuros, omniaq; in bacillis fiſsis debitâ diligen-
tiâ annotaturos; Cujus juramenti forma in dictâ Ordi-
natione ſequentibus verbis expreſſa: Ich ſchwere/daß ich
vermöge der Churfürſtl. Brandenb. auffgerichteten Brau
und Zieſe Ordnung/ fleiſſige achtung darauff haben wil/
daß kein Brauer im Dorffe N. mehr verbrauen ſoll denn des
Jahres zu dreyen unterſchiedlichen mahlen/ein Huffner vier
und ein Coſſeter zween Scheffel/daß auch ein Krüger oder
Brauer im Dorffe N. kein frembd Bier einführen und

ſchencken ſoll / es ſey denn zuvor verzieſet und ich Zeichen bekommen / und deßhalben mit dem Bauren wieviel ſie jedesmahl Brauen werden / und mit dem Krüger wieviel Faß oder Tonnen frembd Bier er jederzeit bringen wird / einen ſonderlichen Kerbſtock halten und darauff ſchneiden / auch neben den Krüger aller Quartal zu dem Zieſemeiſter zu N. kommen und den Kerbſtock und Zeichen mitbringen wil / die Regiſter Zettel und Zeichen zu vergleichen / und derohalben richtigkeit zu machen / und in dem allen Unterſchleiff getreulichen verhüten helffen / als mir GOtt helff durch JEſum CHriſtum ꝛc.

Adhibentur etiam bacilli fiſſi in re pecuariâ, & præ-
13 cipuè circa pecus oviarium, ubi monendum, quod, ſi vel
ovis devoretur à lupo, aut mortua aſſeratur, opilio illam
excoriare, pellemq; inſignitam Nobili vel Præfecto offer-
re debeat, quo de rei veritate conſtare poſſit, ubi præterea
altera auris abſcinditur, & ducto per aures filo duplicato,
numeroq; demortuorum capitum in *bacillo fiſſo* aſſignato,
ad rationes usq; aſſervantur, quo tempore inſpicitur an
numerus pellium reſpondeat auribus abſciſſis & ſulcis in-
ciſis. *Coler. Oper. Oeconom. lib. 12. Tit.* von Schaffen *Cap. 28.*
14 *p. m. 431.* Pari modo numerus Vervecum & agnorum
mactatorum inſcribitur bacillo fiſſo inter Dominum &
Opilionem diviſo, ut exinde quantum ex grege conſumſe-
rit ovium Dominus, conſtare poſſit.

Similiter in Ducatu Brunſvicenſi vidi illorum obſer-
15 vationem circa ſervitia. Habent enim ibi ruſtici in non-
nullis locis cum Officialibus ſuos bacillos fiſſos, quibus in-
ciduntur ſinguli dies, in quibus præſtita ſervitia. Præſtita
vero ſervitia, & ſolutos à ruſticis cenſus his bacillis probari,
teſtatur *Carpz. P. 2. C. 4. D. 7. n. 1.* Plura quidem huc à me
afferri poſſent, cum bacillorum fiſſorum uſus etiam in
mul-

multis aliis ut in agricultura, captura piſcium & ſimilibus ſatis frequens: Verum cum hæc omnia Nobilibus pariter ac ruſticis ſcientiâ œconomicâ Inſtructis melius quam mihi pateant, & pro locorum varietate etiam inter ſe varient, nolo me diutius detinere, ſed quod reliquum eſt, illis committere.

Ut tamen generaliter me adhuc expediam circa uſum 16
bacillorum fiſſorum, dubitari meritò poteſt, an tantùm in rationibus ſimplicibus, an verò & miſcellaneis locum habeant? Et quidem negari nequit, præcipuum uſum eſſe horum bacillorum, ſi de uno genere debiti quæſtio ſit, nudæ enim crenæ his baculis incidunt nr, & hinc cauſa debendi ſpecialis non ſemper addi poteſt; Quod ſi verò unius rei nomine hi baculi confecti, una eorundem ac certa veritas erit, e. g. Mühlenſtöcke / Schäfferſtöcke / ubi crenæ ſemper unum idemq; denotabunt. Non autem dixe- 17
rim, in rationibus multiplicibus omnem uſum horum bacillorum ceſſare; Sed requiro tamen ſpecialem conventionem præcedentem, quod crenæ omnes inciſæ ad quodcunq; debitum probandum ſufficere debeant. Caſu tali 18
hoc non incommodè declarari valet: Titius fidem ſibi paravit ap: Mercatorem, & inde poteſtatem nactus omnium generum merces ex tabernâ ipſius fide habitâ petendi, ſed majoris certitudinis causâ, quia Titius literarum ignarus erat, conveniunt inter ſe, ut pretium mercium quarumcunq; incideretur bacillo fiſſo: Ex hoc bacillo fiſſo convenit poſtea Mercator Titium. Hic excipit diverſas ſe accipiſſe merces, hinc ſingulas deſignandas eſſe; Quæritur an audiendus Titius? Reſpondendum puto quod non; diverſitas enim mercium non tollit veritatem debiti in bacillo fiſſo expresſi; Et ſi quid dubii hoc caſu ſubſit, id omne ſublatum eſt per conventionem ab initio circa bacillos fisſos

ſos initam, quæ uti alibi, ita & hic legem dat contractui *L.7.§.5.ff.de pact. L. contractus 23.ff. de R. J.* Nam ſi par-
19 tes poterunt efficere per pactum ut Copiæ credatur pariter ac Originali, teſte *Munnoz de Eſcobar. de Ratiocin. Cap.10.n.9.* Sicut & facere poſſunt, ut ſoli Adminiſtratoris dicto credatur, *Eſcobar. d. l. n. 10.* non video, quare in bacillis fisſis tale pactum rejiciendum.

Commodè hic ſe offert diſcusſioni noſtræ quæſtio;
20 an rationes tutelares posſint per bacillos fiſſos reddi? Uſus quæſtionis ibi ſe exſerit, quando de ruſtico aut alio litera-
21 rum imperito ad tutelam promovendo agitur; Hos enim Tutores eſſe poſſe, ſi ineptitudo adminiſtrandorum negotiorum nulla concurrat, ex §.8. *Inſt. de Excuſ. Tut.* non obſcurè colligitur, quod clarius exhibetur in L. 6. §. *fin.ff. eod.* Verùm cum omnis Tutor ad rationes reddendas o-
22 bligatus ſit, *L. 1. pr. ff. de Tut. & rat. diſtr. Reform. Polit. de Anno 1577. Tit. 32.* dubitatur, quomodo Tutor ruſticus literarum ignarus muneri Tutorio per conſignationem rationum ſatisfacere posſit? Per alium Amanuenſem fortè id
23 fieri poſſe, nemo negaverit, nam & in rationibus vulgata obtinet regula; quod quis per alium facit ipſe feciſſe intelligendus, *arg. C.72. de R.J. in 6. L. ſi ſervum 71.§.5.ff. de acq. hered.*
24 Sed hoc vix feret conditio ruſtici, ut ſumtibus certis conducat alium, per quem rationes conſcribat. Hinc dubitatur annon per bacillos fiſſos rationes Tutoriæ poſſint expediri? Videtur hoc negandum ex illis quæ ſuperius adducta. Quamvis enim ità generaliter quantitatem expenſarum deſignare posſit Tutor, id tamen ad rationum redditionem non ſufficiet, quippe cum notum ſit, non liberari adminiſtratorem, ſi confusè & in genere ſe tantum expendiſſe referat, ſed ſigillatim, quantum quoquo tempore expenſum, & in quam rem, proponere debet; *Joh.Herſer. de*

Rati-

Ration. reddend. Loc. 8. n. 23. alioqui enim tales expenſæ mutæ & ſiccæ appellari ſolent, *Gryphiander Oeconom. Legal. Lib. 2. Cap. 3. n. 125.* Et eſſet hoc rationes in folle offerre, 25
quæ phraſis deſumta ab illis, qui pecuniam in marſupio oſtentant, nec qualis quantaq; ea ſit, oſtendunt, *Alciat. lib. 4. de Verb. Sign. n. 4.* Tales vero rationes regulariter non admittendas eſſe probat *Franciſc. Munnoz. de Eſcobar. de Ratiocin. Cap. 10. n.* ṅ. ſfra. Verùm cum hic de tutelâ modi- 26
ci patrimonii, ut cum JCto in *L. 15. §. 15. ff. de Excuſ. Tut.* loquar, quæſtio ſit, ubi varii generis expenſæ concurrere non ſolent, admittendas putarem rationes in bacillis fiſſis exhibitas, modo non tumultuariò in uno bacillo conſignata ſint omnia, ſed in diſtinctis, pro ipſarum expenſarum varietate.

Nunc reſtat etiam de forma bacillorum fiſſorum 27
aliquid dicere, quæ tam in confectione quam in annotatione conſiſtit. Conficiuntur vero ita: Baculus aliquis qui in- 28
terdum naturalem ſuam rotunditatem in longitudine retinet, interdum vero majoris decoris cauſa & utrâq; parte æquabiliter (abſcisſione prius factâ tum à dextrâ in ſuperiore & ſiniſtrâ in inferiore parte) per medium finditur, quæ partes junctæ veterem oſtendunt figuram, ita ut commodè numerum aliquem vel incidendo vel inſcribendo recipere poſſint. Alibi non tam ſunt bacilli fiſſi quam bacilli planati & ad juncturam reciprocam præparati. Interdum etiam in medio conſpicitur foramen, cui infigitur parva quædam feſtuca, quo ita firmius partes cohæreant, nec, dum cultro quid annotatur, trahi huc illuc posſint, & ex inæquali cæſura ſuſpicio oriatur. Hiſce ita con-
fectis, neceſſum eſt ut utraq; parte præſente lateri exterio- 29
ri inſcribatur quid bacilli fiſſi denotent, e.g. Mühlenſtöcke / Schäfferſtöcke / ubi poſtea ſulci vel limà vel etiam

cutello inciduntur. Quod in ſpecie inculcatur in beſagter Ordnũg des Sackens/Mahlens und Einnehmung der Schöf-felſteuer in der Marggraffſchafft Brandenb. *Anno 1602.* his verbis: Sollen auff jedem Dorffe Kerbſtöcker und auff einem jeden Stock des Bauren Nahme geſchrieben werden ꝛc. Verùm quid dicendum, ſi hæc inſcriptio omiſſa, anne propterea bacilli fiſſi ſunt vitioſi? Hoc negandum, quia in privatis inſtrumentis, cujusmodi hi ſunt, non requiritur ſolennis forma; quare & nihil refert licet dies vel annus non ſit adſcriptus *L. 34. §. 1. ff. de pign. Struv. Ex. 28. th. 27.* præſertim quando ex utriusq; partis confeſsione conſtat quo fine
32 hi bacilli confecti: hac cõfeſſione vero deficiente, per teſtes probandum erit, quod hujus rei nomine confecti ſint bacilli; Non enim hic ſoli Actori poteſt haberi fides, cum finis confecti bacilli in facto conſiſtat, ideoq; alleganti incumbat onus probandi, cum facta non præſumantur *L. In bello 12. §. facti 2. ff. de Captiv. Cardin. Tuſch. Pract. Concluſ.*
33 *Lib. F. Concl. 10.* Liberum tamen eſt ex bacillo fiſſo agenti reo deferre juramentum ſuper causâ confectorum bacillorum, quippe cum juramenti delatio in omnibus cauſis
34 Civilibus locum habeat, *L. 34. ff. de jurej.* Sed an hic locus erit juramento ſuppletorio ad probandam cauſam bacillorum fiſſorum? Non puto, Longè enim alia quæſtio eſt, ſi de debito in bacillis fiſſis notato diſputetur, de cujus veritate dicam in *Cap. ſequenti*, quam ſi de causâ in bacillo fiſſo non expreſsâ, ab alterâ verò parte negatâ quæſtio moveatur. Nihil enim hic ad cauſam debiti probandam concurrit, juramentum vero ſuppletorium præviam requirit probationem ſemiplenam. *R. Dn. Brunn.*
35 *in Proc. Civ. Cap. 23. n. 12.* Quod ſi ergò vel unus teſtis, vel alia haut contemnenda indicia concurrant, quæ probabilem fidem reddant cauſæ ab Actore prætenſæ, ad juramen-

ramentum illud admitti poſſet, illud enim non ſaltem ſi unus teſtis exceptione major adſit,ſed & ſi indicia haut levia,ſed concludentia & præſumptiones juris concurrant, obtinere poteſt, per tradita *Mevii. Part*. 5. *Dec*. 173. quanquam nudæ præſumtiones hominis non ſufficerent, *Mev. P*. 5. *Dec*. 282. Ultimo loco etiam ad formam pertinet, 36
quod utraq; pars dimidiam baculi recipere debeat, & hoc ob præſumptionem fraudis,quæ quamfacillimè oriri poſſet, ſi una pars integrum bacillum retineret, in quo pro lubitu debita conſignare poſſet,Et tantum de formâ. Sequitur nunc

CAPUT IV.

DE EFFECTU BACILLORUM FISSORUM.

SUMMARIA.

Connexio Cap. n. 1.

Bacillis fiſſis eadem probandi vis ineſt, quæ ſcripturæ privatæ. n. 2.

An bacilli fiſſi inſtrumentorum nomine veniant? n. 3.

Dicuntur quaſi inſtrumenta n. 4.

Inſtrumenti appellatio lata eſt. n. 5.

Hinc bacillo fiſſo applicatur. n. 6.

Cui probatio per inſtrumenta injuncta. poterit probare per bacillum fiſſum. n. 7.

Bacilli fiſſi ſecundum aliquos ſemiplenè probant. n. 8.

Secundum aliquos plenè. n. 9.

Quæ ſententia probatur. n. 10. *& ſeq.*

Adducitur pro hac ſententiâ Statum Francofurtenſe. n. 13.

Ut & Statutum Würtenbergicum. n. 14.

Quid juris ſi in bacillo ſolitario quid inciſum? n. 15. *& ſeq.*

Privata conſignatio probandi vim non habet. n. 17.

Si adminicula cum bacillo tali concurrant probabit. n. 18.
Contra incidentem probat etiam bacillus ſolitarius. n. 19.
An bacilli fiſſi probent pro incidente. n. 20.
Quod affirmatur ſub certis reſtrictionibus. n. 21.
Chartæ partitæ quomodo probent. n. 21. & ſeq.
In his aliquando juramento locus. n. 24.
Alicubi vero penitus prohibita. n. 25.
Quid ſi Dominus famulo commiſerit bacillum fiſſum, hic vero in ſui commodum plura conſignaverit? n. 26.
Factum procuratoris quousq; Domino noceat. n. 27. & ſeq.
Domino regreſſus contra famulum datur. n. 29.
Quid ſi alter cum famulo colluſerit? n. 30.
Bacilli morte confirmati quantum probent. n. 31.
Mors eſt loco juramenti. n. 32.
Quæ ſententia dubia. n. 33.
Niſi defunctus fuerit fide digniſſimus. n. 34.
An in inſcriptione bacilli fiſſi ſit manus recognoſcenda? n. 35. & ſeq.
Probatur recognitionem hic non eſſe adeo neceſſariam. n. 37
Niſi cauſa bacillorum ſit dubia. n. 38.
Acceptatio bacilli fiſſi, cui cauſa inſcripta, involvit ejus approbationem. n. 39.
Ex bacillis fiſſis datur parata executio. n. 40.
Rationes ſubjiciuntur. n. 41. & 42.
Exceptiones in continenti non liquidabiles bacillo fiſſo opponi nequeunt. n. 43.
Quæ actio detur ex bacillo fiſſo. n. 44.
Negatur dari actionem. n. 45.
Annon actioni utili ex literarum obligatione locus ſit. n. 46.
Cauſa debendi ſemper neceſſaria. n. 47.
Unde oriatur literarum obligatio. n. 48.
Actio datur ex illo contractu cujus nomine bacilli confecti. n. 49. & ſeq.

Expo-

EXpoſitâ formâ ac materiâ bacillorum fiſſorum de effectu agendum, ubi primo loco conſide- 1
randi veniunt bacilli fisſi quatenus illis probandi vis inſit. Multum enim intereſt ſcire, quantam faciant fidem, præſertim cum hæc quæſtio quotidie fermè inter partes litigantes ventiletur, & illi ex inveteratâ conſvetudine tam ruri quam in oppidis ſint frequentisſimi. Sanè ſecundum Juris Civilis argumenta (his enim 2
in materiâ hac juri incognitâ ſaltem uti licebit) ſtatuendum, bacillis fisſis eandem ineſſe vim probandi, quæ privatæ ſcripturæ, & ſicut hæc plenè probat contra ſcribentem, ſi conſtat ejus manu propriâ fuiſſe ſcriptam, vel per confesſionem ejus, vel teſtium depoſitionem *L. inſtrumenta 5. L. Exemplo 7. C. de probat. Dn. Struv. Ex. 28. th. 24. Boer. Dec. 105.* ita & hos plenè etiam probare, ſi quid inſcriptum contra ſcribentem & incidentem, Habere enim bacillos fiſſos vim privati inſtrumenti, ex *Bocer. P. 2. Claſſ. 6. Diſp. 24. th. 19.* refert Dn. *Goſwin. ab Esbach. in addit ad Carpz. P. 2. Concl. 4. Def. 7.* Nam licet bacilli fisſi verorum inſtru- 3
mentorum nomen non obtineant, cum neq; literis neq; aliâ parte inſtrumenti conſtent, rectè tamen dicuntur quaſi inſtrumenta, quod analogiâ quadam vera inſtrumenta imitentur, & ad eorum ſimilitudinem proprium cum illis effectum habeant, *arg. L. 29. ff. de probat. L. un. C. ad L. Viſell. arg. L. 1 ff. de recept. qui arbitr. Bornit. de Inſtrum. Lib. 2. Cap. 45.* Dicuntur talia oppoſita propriis, & particula 4
quaſi ſolet eſſe nota improprietatis, ſicuti ejus rei exempla habemus in noſtro jure, ut Contractus vel quaſi, Maleficia vel quaſi, *§. 1. Inſt. de obl. quæ ex del naſc.* Nec id juri noſtro incognitum, adeò latè inſtrumentorum 5
appellationem extendere, quippe cum juxta Paulum JCtum omnia inſtrumentorum nomine accipiantur, quibus cauſa

 inſtrui

inſtrui poteſt, adeò ut & teſtimonia perſonarum inſtrumentorum loco habeantur. *L. 1. ff. de fid. inſtrum. Conf. L. 99. § 2. ff. de V. S. Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. Jur. Lib.*
6 *48. C. 14. n. 1. Maſcard. de probat. Vol. 1. Q. 6. n. 122.* Multò magis ergò bacilli fisſi eò pertinebunt, utpote in quibus aliqua inſcriptio & inciſio, pariter debitum exprimens ac literæ, deprehenditur; parum enim intereſt in quâ mate-
7 riâ ſcribatur *Mev. P. 1. Deciſ. 8.* Quod ipſum obſervaſſe hoc fine proderit, ut ſi contigerit caſus in judicio, ubi actori probatio intentionis per inſtrumenta injuncta, Ibi quæritur an etiam per bacillos fiſſos probaturus admittatur? quod affirmandum puto, *arg. dict. text* Hinc ex *L. 1. in fin. ff. de fid. inſtrum.* colligit *Gothofred. in not. ad d L.* quod condemnatus â Judice, ut intentionem ſuam per documenta probet, eandem per perſonas & teſtes (& ſic etiam per bacillos fiſſos) probare posſit: Amplianda enim in dubio probationum via, non conſtingenda.

8 Dixi vero antea bacillos fiſſos vim privati inſtrumenti habere; quanquam de effectu probationis horum bacillorum Dd. in diverſas eant partes. *Speculator. lib. 2. Part. 2. tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum reſtat 7. n. 4. verſ. ejusdem quoq; naturæ*, ſemiplenam bacillis fisſis attribuit fidem, quod idem quoq; facit *Berlich. P. 1. Concl. 36. n. 11.*
9 Alii arbitrio judicis relinquunt, quanta probandi vis his bacillis tribuenda *Dn. Moller. Lib. 4. ſemeſtr. c. 37. n. 3. in fin.* Alii inter quos *Meiſchner. Tom. 1. Deciſ. Cam. P. 2. Dec. 3, n. 16. fol. 91. Gilman. in Deciſ. ſub nomine Gail. & Meiſn. editis part. 3. Dec. 20. n. 11. 12. 13.* & ex eo *Wehner. ſub voce* Kerbhölzer / *& Rulam. l. de Commiſſ. Lib. 5. Cap. 12.* plenam bacillis fiſſis adſcribunt fidem, ſi nempe ex utriusq; partis conventione mutuâ confecti ſint, ut benè hoc notat *Carpz. P. 2. Conſt. 4. Def. 7. Dn. Goswin. ab Eſbach. in not. ad Carpz. d. l. Richter. P. 5. Deciſ.*

Deciſ. 112. n. 12. quamvis exiſtimem rarius dari exemplum,
ubi non utriusq; partis conſenſus concurrat, quoniam ne-
ceſſe eſt, ut dividantur inter duos. Et bacillos fiſſos plenè 10
probare experientia & obſervantia teſtis eſt, *arg. l. 26. ff. de-
poſ. & L. 19. ff. de probat.* & pariter quidem ſicut chartæ par-
titæ, præſertim in illis locis, ubi tales literæ in uſu nomi-
num frequentantur, & ea conſvetudo viget, quæ facit, ut
privatis literis fides habeatur. *Innoc. Pannorm. & alii in
Cap. poſt ceſsionem, de probat,* ubi etiam *Dec. n. 12. Jaſon. in re-
pet. L. admon.* Nam per illam conſuetudinem literæ cenſen- 11
tur eſſe publicæ & plenè probant, cum conſvetudo pro-
bationem invalidam poſſit facere validam, textus eſt *in Cap.
dilectus de fid. inſtrum. Abb. & Felin. in Cap. 2. de probat.*
Prout & ſtatututo vis publici inſtrumenti privatis tribui 12
poteſt contra eos qui fecerunt. *Tiraquell. de retract. con-
vent. §. 1. Gloſſ. 7. num. 57.* & dicit *Speculator in tit. de inſtrum.
edit. §. Nunc videndum* quod omnis ſcriptura dicatur publi-
ca cui de jure vel ſpeciali conſvetudine creditur. Vid. plu-
ra ap. *Gilman. dict. loc.*

Confirmatur illa conſvetudo in quibusdam provin- 13
ciis & Civitatibus ſpeciali ſtatuto, uti hoc apparet ex *Re-
form. Francofurt. ad Mœn. Part. 1 tit. 13. §. 14 & ſeqq.* cujus
tenorem cum ad declarationem præſentis materiæ optimè
faciat, huc verbotenus tranſcripſiſſe non pigebit; Die-
weil auch in dieſer Stadt und faſt allenthalben auff dem
Lande herumb ſehr bräuchlich iſt unter dem gemeinen Mann/
daß die Contrahenten an ſtadt Brieff und Siegel außge-
ſchnittene Zettel/ derer jedem Theil einer (etwa auch mit ih-
ren Händen unterſchrieben) dergleichen an ſtatt ſolcher Zet-
tel/ Kerbhöltzer/ da der Schuldherr den Stock behelt/ der
Einſatz aber und Gegenwechſel dem Schuldmann zugeſtellet
wird

wird/mit einander auffrichten/ ſo dann auch dieſelben zu der Beweiſung von dem Schuldforderer ein und vorgebracht/ und begehret wurde dem gegentheil ſeinen gegenwechſel-brieff/oder Kerbholtz auch beyzulegen: So ſoll ſolches angenommen/und darauff der ander Theil angehalten werden den begehrten Gegenzettel/oder Einſatz auch beyzulegen. Wann dann dieſelben alſo fürgeleget und gleichſtändig gefunden/ ſoll denſelben vollkommener Glaube zu der Beweiſung zugeſtellet/auch darauff endlich zu recht erkand werden. Wurde aber der ander Theil keines Gegenzettels oder Kerffholtzes geſtändig ſeyn / noch dieſelben fürzeigen wollen. In dieſem Fall ſollen die Schöpffen mit Fleiß erwegen/in was Weſen/ Herkommen/Erbarkeit und Glauben eine jede Parthey ſey/ welche auch ihres vorgebens beſſern Behelff und ſtärckere Vermuhtung für ſich hat/und alſo nach fleiſſiger ermäſſigung ermeldter und anderer umbſtänden / zu ihrer der Schöpffen Erkäntnüß ſtehen/ob einigem un welchem Theil/ Klägern oder Beklagten/zu entlichem Entſcheid der Sachen der Eyd zu vortheilen ſey. Doch da ein ausgeſchnitten Kerbzettel/beyder Partheyen/ ſo mit einander *contrahiret ſubſcriptiones* und mit eigener Hand Unterſchreibung hat; ob ſich dann gleich der Gegenwechſel nicht finden wolt/oder gar verlohren wäre; So ſoll doch dem fürgelegten Zettel vollkömmlicher Glaube zu der Beweiſung zugeſtellet werden. Concordat jus Würtenbergicum *Part. 1. tit.* 34. von Kerffzetteln
14 oder Höltzern: Als auch unſere Unterthanen ſich etwa mit ſchlecht gemachten Kerffzetteln oder Höltzern/ begnügen und ſättigen laſſen; So fern dann jemand zu Beweiſung ſeiner Schulden einig Kerbholtz oder Zettel im Recht fürbringen/daneben von dem andern Theil die Gegenzettel oder Hölzer auch fürgezeiget/und gleichſtändig gefunden wurden

ſolle

ſolle demſelben Glaube gegeben / und darauff durch unſere
Gerichte erkand werden. Da aber der ander Theil keines Ge-
genzettels oder Holtzes geſtändig / dieſelben auch nicht fürzei-
get / in dieſem Fall ſollen unſere Gerichte auff alles gethane
fürbringen / und ſonderlich mit fleiß erwegen / in was Weſen
Herkommen / Erbarkeit und Glaubens eine jede Parthey ſey /
welcher Theil auch ſeines Darthuns beſſeren Behelff habe /
und alſo nach fleiſſiger Ermäſſigung / gemeldter und ande-
rer umbſtänden zu ihrer Erkändnüs ſtehen / ob einigen / oder
welchem Theil dem Klagenden oder Antworter / zu end-
lichem Entſcheid der Sache der Eyd zu ertheilen ſey.
Cæterum quia ſuperius dixi, rarius dari caſus,ubi citra utri- 15
usq; partis conſenſum bacillo fiſſo quid inciditur,id in ba-
cillo fiſſo propriè ita dicto obtinet, nam & aliàs memo-
riæ causâ quædam in bacillis μονομερῶς annotari poſſe,imò
annotari ſæpius,experientia quorundam locorum teſtatur ;
Qui enim aliás res ſuas per literas conſignare non poſ-
ſunt,memoriæ tamen conſulunt per crenas bacillis inciſas.

Quæritur inde: Si quis in bacillo conſignaverit pe- 16
cuniam Titio diverſis temporibus mutuo datam, an Titi-
us inde ad reſtitutionem poſſit conveniri? Et breviter
dico; Quod juris eſt in privatâ cujusq; Patrisfamilias an-
notatione, idem juris erit in debito bacillo inciſo. At-
qui privatam illam Patrisfam: conſignationem probandi 17
vim non habere expeditum eſt, cum pro ſcribente ſcri-
ptura ſeu annotatio privata effectu deſtituatur. *L. Inſtru-
menta domeſtica 5. C. de probat.* niſi annotatio facta cum
conſenſu alterius, *Mev. P. 4. Deciſ. 178. n. 6.* Imò exemplo
perniciosum dicitur,ut illi credatur ſcripturæ, quá unus-
quisq; ſibi annotatione propriâ debitorem conſtituit,
L. Exemplo 7. C. d. t. ubi hoc etiam ad annotationes fiſci
extenditur. *Add. Tholoſan. Syntagm. Lib. 48. Cap. 14. in fin.*

Ob quam cauſam etiam teſtatur *Dn. Mevius. d. Part. 4. Dec. 170.*
privatas partitas, ſeu non rectè conſcriptas rationes, fi-
18 dem non facere. Sed hoc eousq; procedit, niſi alia ad-
minicula annotationem in bacillo factam confirment *L. 5.*
C. de probat. quorum adminiculorum quædam expreſſit
Dn. Mev. P. 4. Dec. 121. quæ hic prolixè deducere non va-
19 cat. Hoc certum, ejusmodi unilateralem inciſionem ba-
cilli, modo ex inſcriptione vel aliundè cauſa inciſionis non
ſit in obſcuro, contra ipſum incidentem probare, pariter
ſicuti ſcriptura privata probat contra ſcribentem *B. Dn.*
Brunnem. Comm. ad L. 5. n. 10. C. de probat.

20 Sed quid juris in bacillo fiſſo legitimè ex utriusq;
partis conventione confecto, an hic pro incidente pro-
babit? Superius quidem dixi, quod plene probet contra
incidentem, cujus ratio manifeſta, ſed & pro eo plenè pro-
bare, modo requiſita in Ordinatione Francofurtanâ antea
21 recenſita concurrant, nullus dubito, ſcil. ſi (1) utriusq; vo-
luntate his bacillis debitum inciſum. (2) alteram partem
bacilli fisſi penes ſe habuerit debitor. (3) In judicio uterq;
ſuam partẽ bacilli produxerit, & (4) hi invicem juncti quo-
ad crenas ſibi reſpondeant. Hic enim parum ad imminuen-
dam fidem faciet, à quo inciſæ fuerint crenæ, ſufficit enim
utriusq; voluntate id factum eſſe, quod in bacillis fisſis
ex eo præſumendum, ſi alteram partem penes ſe habuerit
debitor, ſic nempè invito eo nil quicquã incidi potuit. Uti
ergò inſtrumentum utriusq; partis ſubſcriptionem habens
pro utroq; probat *Job. Köppen. Deciſ. 46. n. 47. ſeq.* ita quo-
que bacillus fiſſus, cum utriusq; partis voluntate crenæ
fuerint inciſæ.

22 Ejusdem quoque cenſuræ, ut hoc ob affinitatem ma-
teriæ adducam, ſunt chartæ Partitæ, quæ eandem vim
habent cum bacillis fisſis, ſiquidem hoc ſatis apparet ex
paulo

paulo ante allegatis Statutis. Et has absq; ſubſcriptione vel ſubſignatione partium fidem & probationem inducere, teſtatur *Bornit. de inſtrum. Lib. 2. Cap. 54.* quoniam non poſſint falſificari, *Koppen. Dec. 46. n. 50.* Tutius tamen videtur ut nomen ſubſcribatur, vel hæc inſeratur clauſula: In fidem duæ ſchedulæ concordantes confectæ ſunt, quarum unam â me ſubſcriptam N. ad ſe recepit, alteram ab ipſo ſubſcriptam ego N. habeo, & ad me recepi: Vel und dem allen zu wahrer Uhrkunde ſeynd dieſer Briefe zween an Worten gleichlautend/verfertiget/mit einer Hand geſchrieben / Kerffsweiſe auch ineinander geſchnitten / und jedem Theil einer mit dem Bedinge gehändiget worden/ da der eine verlohren/das doch der ander in ſeinen Kräfften verbleiben ſolle/ *Satler in Theſ. Notar. P. 2. Zubrod. de comparatione literar. Cap. 9. §. 13. p: 61.* Aliam formam habet Caſp. Backelwitz in ſeinem *Notariat* Buch *pag. 99.* nempe zu Uhrkund ſeynd dieſer Zettel zween gleichlautent außeinander geſchnitten / und einem jeden Theil jeder gegeben im Jahr und Tag als obſtehet. 23

Et hæc adeo vera ſunt, ut negans ſe tales literas acceptaſſe debeat præſtare juramentum, quod ipſum aliquando in Camera injunctum fuiſſe ex Saylero refert *Rütg. Ruland. de Commiſſ. Lib. 5. Cap. 12.* Sed hæc conſvetudo non eſt univerſalis; Alibi enim ut in Marchionatu Bareuthano ſpecialiter ſunt interdictæ ejusmodi Schedulæ, nec ullam probandi vim habent: Brandenburg: Onolßbachiſche Ambts-Ordnung *de Anno 1580. tit. 16.* von Kauffscontracten §. *3. ubi ita ſtatutum:* Zum dritten ſollen hinführo alle Kauff- oder außgeſchnittene Kerffzettel/wie man ſie zu nennen pflegt/umb vermeidung willen allerhand unrichtigkeit und zweyfel bey unſern Unterthanen und Angehörigen hiemit gäntzlichen abgeſchafft: Und 24 25

hergegen angeordnet ſeyn / es mit Bekräfftigung und Siegelung beſagter Kauffs Contract zu halten / wie im angeregten *tit. 16. ib.* verordnet &c. Et ſane exoptat *Joh. Koppen Deciſ. 46. n. 40.* ut etiam hic in Marchia de ejusmodi Schedis inciſis certa conſtitutio condatur. Sed hæc ſufficiant de probatione.

26 Nunc ad alia ad effectum bacillorum fiſſorum pertinentia tranſeundum, ubi primo loco occurrit quæſtio: An ſi Dominus famulo ſuo commiſerit bacillum fiſſum, & ille in ſui commodum plura conſignaverit, Dominus posſit excipere contra tertium ex bacillo fiſſo agentem, famulum limites mandati excesſiſſe & ita debiti
27 ſolutionem recuſare? Hoc negandum. Etenim dum huic Dominus ſine certa expresſione bacillum fiſſum commiſit, mandatum generale dediſſe cenſetur, quo ſe ad omne factum famuli obligavit. *Magnif. Dn. Præſ. in Colleg. axiom. ad ff. Tit. de Procurat. Ax. 7. Conf. L. 58. ff. h. t.* Nam ſicut aliàs dolus & culpa Procuratoris nocet Domi-
28 no, *L. 10. in fin. C. de Procurat.*Ità & hoc caſu. Verſatur præterea hic aliqualis culpa Domini, dum non diligentius inquiſivit in fidem & perſonam famuli, & ſic ſuà culpâ damnum ſenſit §. 3. *Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delict. naſc.* Etenim parum fido famulo res ſuas committens ſuæ facilitati hoc imputare debet *Arg.* §. 3. *Inſt. Quib. mod. re,*
29 *contr. oblig.* Interim tamen quoniam famulus in exſequendo mandato Domini bonam fidem præſtare debuit, *L. 10. pr. L. 59* §. 1. *ff. mand.* Dominus contra eum vel actionem mandati directam, vel actionem de dolo intentare poteſt, quoniam ex utrâq; condemnatione infamia ſequitur L. *44. pr. L. 8.* §. *1. ff. mand.* qui ſi non ſit ſolvendo, Dominus contra tertium in integrum reſtituitur, *Gail. Lib. 1, Obſ. 45. n. 6. Anton. Faber L. 2. Cod. t. 3. Def. 3. n. 2.*

quo-

quoniam notoriè lucrum eſt conſecutus cum injuriâDo-
mini, *arg. L. 206. ff. d. R. J.* Quod ſi autem tertius ſcive-
rit famulum hunc dolosè agere, aut cum eo colluſerit, Do- 30
minus contra eum, tum actionem doli *L. 8. §. 1. ff. mandati.*
L. 7. §. 9. ff. de dolo, tum etiam actionem utilem de ſervo
corrupto inſtituere poteſt. *L. 1. pr. L. 9. §. 1. ff. de ſerv. cor-
rupt. Job Herm. Stamm. de ſervit. perſon. L. 1. tit. 4. c. 2. Struv.* 31
Ex. 15. th. 50.

Huc etiam referenda quæſtio; Num bacilli morte
confirmati plene probent, e.g. Si quis aſſerat, Titium tot
vel tot ſibi debere, illudq; Creditore non longè poſt mor-
tuo in bacillo fiſſo conſignatum reperiatur? Plurimorum 32
quidem Dd. & Practicorum ſententia eſt, quod mors ha-
beatur juramenti loco, *Mev. P. 4. Deciſ. 262. & P. 5. D. 46.*
& ſcriptura vel inſtrumentum privatum morte confirma-
tum habeat vim juramenti, *Heeſer. de Ration. redd. Loc. 13.
n. 23.* quoniam non ſit veriſimile, quod moriens immemor
ſalutis æternæ, voluerit mori in peccato, *L. fin. C. ad L. Jul.
repet. L. 26. C. de nupt.* Verum quamvis quidem hæc ita 33
ſe habeant, uti pluribus hac de re agitur *in Diſp. Magnif. Dn.
Præſidis de Effatis Agonizantium Cap. 1. §. 10. & ſeqq.* tamen
hiſce præſertim temporibus exulceratisſimis, ubi amor &
pietatis ſtudium refrixere, nec omnis moriens ſecundum
ſententiam *Baldi* eſt Johannis Evangeliſta, non ſtatim uni-
cuiq; aſſerenti Titium ſibi debere, vel ſe Titio ſolviſſe, eſt
adhibenda plena fides, aut ex eo ſi fortè etiam ſchedula
inter chartas Teſtatoris ejus manu ſcripta poſt mortem
reperiatur, ſolutionem nondum eſſe factam concluden-
dum; quoniam ſicut aliàs jurata aſſertio morientis tan-
tum heredibus, non autem Creditoribus præjudicat, mul-
to minus id præſtare valebit mors ſola, quod nec jura-
mentum præſtare potuit, uti optimè monet *Vir omnibus*

eruditis hujus ſeculi deſideratisſimus B. Dn. Brunnemannus in
Comment. ad L.6. C. de probat. Interim tamen non eſt ne-
34 gandum, ſi Teſtator fuerit fide dignus, & aliàs vitam inte-
gram ſcelerisq; puram vixerit, quin interdum aſſertio ejus
magnam faciat fidem, ut ejus hæredes ad juramentum
credulitatis ſuppletorium admitti, vel etiam ſi nonnulla
indicia contra reum militent, ille juramento ſe purgare
poſſit. Vid. hac de re integrum conſilium ap. *Chriſtoph.*
35 *Philipp. Richter. Part. 6. Conſ. 26. p. 299.* Præſertim ſi non
vivus ſaltem in bacillis quid conſignaverit, ſed & moriens
dixerit, debitum in bacillo conſignatum verum eſſe, Vid.
quæ in ſimili tradit *Nicol. de Paſſerib. de privat. ſcript. lib. 4.*
Q. 1. n. 65.

35 Verum quid dicendum ſi bacillus fiſſus oſtendatur cui
inſcriptum quid denotet, anne opus erit recognitione
manus? Videtur quod ſic. *Carpz. Proc. tit. 4. art. 1. 2. 3.* Nam
ſi inſcriptio alienâ manu facta, fraudis ſuſpicio inde poſſit
36 oriri. Quod ſi ergo negetur manus & recognitio non ha-
beat locum, judici ad alia recurrendum adminicula, ubi-
nempe comparatio facienda per peritos, & quidem ex tali
inſtrumento, de quo certò poſſit conſtare hanc eſſe ma-
num adverſarii, *L. 20. C. de fid. inſtrum. Nov. 73. Cap. 7.* Vel
per teſtes qui ſcriptioni adfuere; *Carpz. P. 1. C. 17. Def. 14.*
37 *Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 28. th. 24.* Sed non puto
hic tantæ necesſitatis eſſe recognitionem manus, ac in
aliis inſtrumentis, regulariter enim â tertio quodam in
pingendis literis benè exercitato, cauſa confectorum ba-
cillorum inſcribitur, ipſum vero debitum ex crenis inci-
ſis dijudicatur. Dicerem ergò ſi de cauſa confectorum
bacillorum conſtet, ad quantitatem debiti nullâ opus eſſe
recognitione, ſed ſufficit ſola bacillorum collatio, quæ
ſi crenas correſpondentes oſtendat, ſalva res eſt, & Judici,
ut re-

ut reum debitorem condemnet, incumbit: Quod ſi verò
ſuper ipsá causâ oriatur litigium, actore contendente daß 38
es Geldſtöcke wären/inquib9 ſcil. conſignata ſint debita pe-
cuniaria, reo verò prætẽdente, Es wären Brodſtöcke/Korn-
ſtöcke/oder Schäfferſtöcke/actori onus probandi incumbit,
quam ob cauſam bacilli confecti, *arg. L. 2. ff. de probat.* Po-
terit ergò hic peti recognitio manus à reo, ſi fortè hic in-
ſcripſerit; Quod ſi vero actor inſcripſiſſet, reus autem aliàs 39
literarum non ignarus, ex eo ſolo, quod bacillum hac
causâ debendi ſignatum acceptaverit, ſecum retinuerit,
& crenas incidi paſſus fuerit, videtur cauſam hanc tacite
agnoviſſe, pariter ſicuti acceptans literas ſine proteſtatio-
ne, tacitè earundem contenta videtur agnoviſſe, uti colli-
gunt Dd. ex *L. 16. ff. ad SCtum Macedon.*

Quod ſi itaq; de causâ bacillorum conſtiterit, & aliud 40
non apparuerit vitium, de quo in *Cap. ſeq.* dicam, ſed cre-
næ ſibi invicem reſpondeant, nullum eſt dubium, hos ba-
cillos fiſſos paratam exſecutionem habere *Ummius in Pro-
ceſſ. Diſp. ult p. 928. Item Parlad. 2. Rer. Quot. P. 1. §. 5. n. 15.
Berlich. 1. Concl. 36. n. 113.* Nullus enim dubito, idem de 41
his bacillis dicendum eſſe, quod de inſtrumentis gvaren-
tigionatis; Hæc enim propterea habent paratam execu-
tionem, quia certum, purum & indubitatum continent
debitum, ita, ut factá recognitione, Judicis aliæ partes
non ſint, niſi ut reum condemnet, *Carpz, in Proc. Tit. 1.
Artic. 3. n. 14.* Atqui ex bacillis fisſis pariter de certitudi-
ne debiti conſtat, ergò idem officium Judicis eſſe debet.
Imò ſi ſola confesſio debitoris etiam citra productionem 42
inſtrumenti, paratam parit executionem. *Heig. Quæſt. Il-
luſtr. P. 2. Q. 7. n. 21. ſeqq.* non enim in confeſſum aliæ ſunt
partes Judicis, quam ut condemnetur, *L. Poſt rem Judica-
tam 56. ff. de re jud. L. Proinde 25. §. ult. ff. ad L. Aquil. Carpz.*

Proc.

Proc. Tit. 22. *Art.* 1. *n.* 21 quidni de bacillis fisſis ab utrâq;
43 parte profectis idem aſſerendum. Unde ſequitur, Reum bacillis fisſis exceptiones in continenti non liquidabiles opponentem, non eſſe audiendum. Sed illis non obſtantibus ad exſolvendum debitum eum eſſe compellendum, remisſis exceptionibus ad Proceſſum reconventionis, per ea quæ in ſimili tradit *Carpz. d. Tit.* 22. *Artic.* 4. *n.* 43. *Coler. de Proceſſ. Execut. P.* 4. *C.* 2. *n.* 24.

44 Ultimo loco quærendum, quænam actio detur ex bacillo fiſſo? Hic inſpiciendos puto contractus, in quibus adhibentur, nam ex ipſo bacillo fiſſo nulla datur actio. Sunt enim hi bâcilli ſaltem medium probandi id, quod in acti-
45 onem deductum. Uti ergò inſtrumentum ex ſe non producit actionem, ſed actionis fundamentum probat, ita &
46 bacillus fiſſus. Nec eſt quod dixeris, dari tamen literarum obligationem, ſeparatam ab aliis contractib9, per *tit* 7 *d. lit. oblig.* ergò fortè utiliter ex illo titulo agi poterit ratione
47 bacillorum fiſſorum? Verum nec in literarum obligatione ipſæ literæ ſunt modus producendi obligationem, ſed cauſa debendi omnino in chirographo debet eſſe expresſa, alioqui nulla inde obligatio, niſi Creditor cauſam probare poſſit, L. 25. §. *f. ff. de probat. Cap. ſi cautio* 14. *x. de fid. inſtrum. Dn. Brunnem. Comm. ad L. Generaliter* 13. *n.* 2. *C. de*
48 *non num. pec.* hæc cauſa vero cum poſt biennium in mutuo confeſſato vera eſſe præſumatur, cum literas eam confesſus tanto tempore non fuerit proteſtatus, vel chirographum condixerit, ex illâ causâ vel præſumto mutuo oritur obligatio, quæ pinguiori Minervâ *ex literis* â Juſtiniano fuit appellata, ſicuti monet *Bachov. ad Treutl. Vol.* 1. *D.* 20. *th.* 2. *lit. b. Gipban. ad L.* 17. *in fin. C. de fid. inſtrum.* Unde patet nec
49 inciſionem in bacillis fisſis factam obligationis vinculum inducere, ſed ſaltem probationis vicem ſupplere. An verò

hic

hic de non numeratâ pecuniâ excipere liceat, ſequenti capite proponam. Remanet ergò, illam ex bacillis fiſſis dari actionem, quæ datur ex eo contractu, cujus nomine bacilli fiſſi confecti. Quare ſi in emtione & venditione cereviſiæ adhibiti ſint bacilli fisſi, competet actio emti venditi ex bacillo fiſſo. Si vero ex mandato alicujus quis ſecum habeat bacillos fiſſos, & plus quam mandatum erat conſignaverit, dabitur actio mandati ex bacillo fiſſo, & ſic conſequenter in aliis contractibus, quæ actiones inſtar aliarum actionum perſonalium triginta annis exſpirabunt. *L. 3. Cod. de præſcr. 30. ann.* Forte & condictio ex moribus, his 50
enim bacilli fiſſi ſunt recepti, aliquando locum habere poſſet *arg. L. un. ff. de Cond. ex Leg.*

CAPUT V.

DE CONTRARIIS, ET UBI VIM SUAM PERDANT BACILLI FISSI.

SUMMARIA.

Connexio Capitis. n. 1.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, an bacillis fisſis opponi posſit? n. 2.
Negativè deciditur. n. 3. & 4.
Exceptio illa an extra mutuum obtineat? n. 5.
An ſi mutuum in bacillo fiſſo conſignatum locus ſit dictæ exceptioni? n. 6.
Rationes pro affirmativa. n. 7.
Diverſitas inter chirographum & bacillum fiſſum proponitur. n. 8. & 9.
Caſus, ubi ſpe futuræ numerationis bacillis quid inciſum, proponitur. n. 10.
Certâ ratione bacillis fisſis exceptionem N. N. P. opponi poſſe probatur. n. 11.
Cum onere tamen probandi n. 12. & 13.

An

ſio in bacillo fiſſo facta hoc caſu vim quietantiæ vel Apochæ habet, cum pecuniam non creditam, ſed ſolutam deſignet, Apochæ verò non æquè facilè ac Chirographo hæc exceptio opponitur, cùm quoad Apocham menſtruum ſaltem ſpatium de jure ſit conceſſum, quo de non num. pecunia conqueri liceat, *L.* 14. C. *de non. num. pec.* Sed & alia 5.
adhuc ratio ſupereſt, quare dictæ modo exceptioni non ſit locus; non enim in caſu antea formato de contractu mutui, ſed emti venditi quæſtio eſt, ubi pretium ſolutum bacillo fiſſo eſt inciſum. Atqui verò confeſſioni debiti in aliis contractibus factæ hæc exceptio non opponitur, cum in ſolo mutuo obtineat L. *Adverſus* 5. C. *d. t.* Sic enim pro Creditore præſumitur, *Zanger. de Except. P.* 3. *c.* 14. *n.* 43. *Molina de J. & J. Tr.* 2. *Diſp.* 302. *n.* 9. *Facbin.* Lib. 2. *Controv. C.* 85.

6. Quid ergò juris erit in mutuo bacillis fisſis inciſo, an ita ſalva non numeratæ pecuniæ exceptio? Id vide- 7.
batur, cum Cap. ſuper. cum privatâ Scripturâ contulerimus bacillos fisſos; Scripturæ verò opponi poteſt illa exceptio, imò & inſtrumento guarentigionato eadem obſtat, *Card. Mantic. de tac. & ambig. convent.* Lib. 18. *tit.* 6. *n.* 18. *B. Dn. Brunn. ad L.* 3. *C. de non num. pec. n.* 8. nil ergò obſtare videtur, quo minus & bacillis fisſis eadem opponi posſit.
Sed ſi communem conſulamus Praxin, in oculos incurret 8.
diverſitas inter Chirographum & bacillum fiſſum. Illud mittimus Creditori, quo eò citius alliciatur ad pecuniam nobis credendam, & nemo credere ſolet, niſi recognitione prius acceptâ, *Dn. Brunn. d. l.* 3. *n.* 6. Sed bacillos fiſſos 9
non ita fidei alterius committimus, ſed ipſi deferimus ad Creditorem, parati incidere crenas, modo pecunia deſiderata nobis fuerit ſoluta; Imò communiter creditor incidit crenas, non debitor, quod ſecus eſt in Chirographo. Hinc nunquam aliquid his bacillis incidi ſolet, niſi accepto eo, quod in bacillis conſignandum; Cum ergò nemo in-

cidat ordinariè bacillo, niſi pecunia accepta, non poterit
exinde præſumtio, quod ſpe futuræ numerationis inciderit,
oriri, cum ex eo, quod rarisſimè fit, non oriatur juris
præſumtio, *arg. L. 3. & ſeqq. ff. de LL.*

Quid ſi verò tanta, quantam deſiderabat Debitor,
10 Creditori ad manus non ſit pecunia, ut ſi 100. deſiderati
50. ſolvat, & promittat ſe altero die adhuc 50. miſſurum,
interea verò quaſi 100. ſoluta eſſent, bacillis fuerit inci-
11 ſum, annon ita locus erit huic exceptioni? Dicerem
admittendam eſſe hanc exceptionem, non quà privilegi-
atam, ſed quâ vulgarem. Id eſt admittenda erit hoc effe-
ctu, non ut onus probandi in Creditorem devolvat,
qui privilegiatus hujus exceptionis effectus eſt *L. 3. C. de*
12 *non num. pec.* Sed ut ipſe debitor probet, tantum ſibi non
eſſe ſolutum, quantum bacillis fisſis inciſum, quæ ipſa
probatio, quamvis difficillima ſit, uti ſunt omnes probati-
ones negativæ, *L. Aſſeveratio 10. C. de non num. pec.* Si ta-
men negativa non ſit vaga, ſed loco ac tempore circum-
ſcripta, probatio ejus locum habere poterit, *arg. L. opti-
mam 14. C. de contr. ſtipul. Conf. Franciſc. Herculan. integr.*
13 *Tract. de proband. Negat.* Et ſit tandem ita: probationem
reo imposſibilem eſſe, imputet tamen ſibi, quod ſe,
crenas bacillis ante ſolutionem incidendo, in talem imposſibilitatem
conjecerit, *arg. L. 203. ff. de R. J.*

14 An tamen deneganda hic Debitori facultas deferen-
di juramentum Creditori, an tantum ſolutum quantum
15 bacillo fiſſo inciſum, dubium eſt; Et negativa mihi videtur
verior, quia delatio juramenti, ubi fundatam intentionem
actor habet, non habet locum, *Zanger. d. P. 3. C 14. n. 69.*
per textum in *L. 14. §. 3. C. de non num. pec.* fundata verô
16 intentio ex bacillis fiſſis liquida eſt; Et quamvis alioqui
ſuper exceptione deferre juramentum poſſet reus; ubi ta-

men-

men exceptio eſt nuda actionis contradictio, vix actione probatâ locus erit juramento: Nam ſi aliàs licitum eſt illi, cui delatum juramentum, contrarium probare, daß er ſein Gewiſſen mit Beweiß vertreten kan / arg. C. 2. x. de prob. Zaeſ. ad ff. de jurejur. n. 41. cur non & hoc caſu contrarium oblato bacillo fiſſo probaſſe actorem diceremus.

Deinde obſervandum, bacillos fiſſos vim ſuam perdere, ſi falſitas aliqua ex inciſione appareat, præſertim ſi utraq; pars bacilli fiſſi diſparis numeri crenas contineat, Wenn in einem Kerbſtock mehr Schnitte ſeyn als in dem andern. Ex parte quidem rei id metuendum non eſt, ſed ex parte actoris ſi contingat, quæritur an omne jus probandi per bacillum fiſſum ita ſit ademtum? Et non puto integrum bacillum fiſſum vitioſum eſſe, ſed tantum pro illa parte, quâ numeri ſibi non correſpondent, ne utile per inutile vitietur, contra regulam in c. utile 37. de R. J. in 6. præſertim cum hic verſemur in caſu ſeparabili, ubi inutile commodè ſeparari poteſt. Card. Tuſch. Pract. Concl. lit. U. Concl. 373. n. 1. ſeq. Card. Mantica de tac. & ambig. convent. Lib. 16. Tit. 36. n. 13. Et facit hic à ſimili deducta ratio, quod inſtrumentum ex parte falſum non mox totum infirmetur, ſed illa ſaltem parte quâ falſum eſt, arg. L. 2. ff. de his qui in teſtam. del. Jul. Clar. Lib. 3. Recep. ſentent. §. Teſtamentum. Q. 93. Quod eò magis in bacillis fiſſis obtinebit, cum hoc mox ex oculari inſpectione appareat, quo usque falſi ſint quousque veri, ut ſic præſumptio falſitatis ad crenas ſibi correſpondentes non ſit extendenda, Conſ. Menoch. de præſumt. Lib. 5. pr. 21. n. 3. & 12. Hoc tamen non negaverim effectum Proceſſus executivi, quem ſuperiori Cap: bacillis fiſſis adſcripſimus ita impediri, ſimili ratione, qua ex inſtrumento falſitatis ſuſpicione laborante executivè agi nequit. Me-

17 18 19 20

noch. de Præſumt. Lib. 1. Q. 99. n. 6. & id quidem per L. Jubemus 24. C. de probat.

21 Verum quid dicendum ſi fracta ſit una pars bacilli fiſſi, anne ex eo ſolutionem eſſe factam arguendum? Reſp. quod ſic, ſi nempè ſit illa pars, quam Creditor ſecum retinuerat. Nam ſicut ex chirographo cancellato aut ſciſſo arguitur liberatio, *L. 24. ff. de probat*, ita etiam ex fracto bacillo fiſſo præſumitur ſolutio, quæ præſumtio tamdiu locum habet, donec probetur contrarium. Quod ſi
22 tamen in eà parte ſit aliquid fractum vel abſciſſum, quá non facit bacillum fiſſum ſuſpectum, nec crenæ ſint inciſæ, fidem illi non denegandam puto *arg. Cap. 3. x. de fid. inſtrum. Zœſ. ad ff. eod. n. 11.*

Sed quid juris ſi unus bacillum ſuum corruperit? Si
23 debitor hoc fecerit (de Creditore enim vix eſt caſus dabilis) non liberabitur, ſi modo creditor poſſit probare debitum nondum eſſe ſolutum, quâ probatione factà illud non ſaltem ſolvendum, ſed etiam debitor inſuper Judicis arbitrio puniendus, niſi alio animo id factum demonſtraverit. Nullum enim dubium eſt, tali caſu à de-
24 bitore Crimen falſi commiſſum eſſe, quippe, cum non ſaltem is qui in rationibus charta ſcriptis ſed & qui in tabulis cereisve (vel uti Gothofredus legendum putat *caterisve*, ut ita tacite etiam bacilli fiſſi intelligantur) eas corruperit, de crimine falſi teneatur, *L. 1. §. 4. ff. ad L. Cornel. de falſ.*

An autem amiſſo bacillo fiſſo intercidit debitum?
25 Hoc nego ſi modo aliter Judici fides fieri poſſit, *L. 1. C. de fid. inſtrum.* Nam ad ſubſtantiam contractus, in quo bacillus fiſſus adhibetur ille non pertinet, ſed ad rei geſtæ
26 fidem, *L. 20. C. de probat. L. 1. de dot. caut. non num.* Requiritur autem hic ut amiſſio, ipſa oſtendatur, caſusq; exprimatur, quæ amiſſio, rationibus perpenſis a Judice, interdum teſtib9, interdum vero juramento probanda venit *L. f. C. de fid.*

d.inſtrum,& tunc Creditor Judicis officio debitorem poteſt ompellere ad novum bacillum conficiendum *arg. L.57. de adm. & per. tut. Gail. Obſ. 37.n.2.*

Hic etiam non prætermittendum, quod bacilli fiſſi ro antiquis venditati; ſi factâ productione ex baculis no- 27 s ſeu recentibus confecti repe riantur, nullam faciant fi- em; Quippe â ratione eſt alienum, ut ſi fortè ante vi- nti annos confecti, recentis materiæ faciem retineant, ìm, etiamſi vel ciſtæ includantur, propter veſtutatem & eris temperiem alium colorem induant, ut hinc merito lſi arguendi, *vid. Ricc. P.1. Dec. Neapol. 10.*

Hic etiam non incommodè quæri poteſt, an, ſi Cre- tor debitori reſtituat bacillum fiſſum, illa reſtitutio infe- 28 t donationem debiti? Videntur eundem fermè effectum bere, quamvis non negêm, plus eſſe in donatione, quam illa redditione. Etenim in donatione, ſi acceptatio cta, expreſſus adeſt conſenſus donantis & donatarii, & ita ntractus eſt perfectus, nec poteſt donans temerè, niſi cer- ex cauſis, donationem ſemel factam revocare *L.8. & t. C. de revoc. donat.* In redditione autem bacilli fiſſi ter Debitorem & Creditorem de non petendo quidem nveniſſe cenſetur *L.2.§.1.ff.de pact.* ut ille per illud ta- um pactum ope exceptionis tutus eſſe poſſit *L.17.§.2.ff.de ct.* attamen certum eſt, contrarias probationes hic locum bere, *arg.L.24. de probat.* præcipuè ſi alia prægnans conje- ira adſit, quæ diverſum ſvadeat. Idem quoq; juris eſt in cillo fiſſo legato, ex quo legato Teſtatorem debitum re- 29 iſiſſe colligitur *arg. L.3.§.1.ff. de lib.leg. L.59.ff. de leg.3.* illus enim alioqui uſus legati bacilli foret, ſi debiti re- iſſionem non inferret, ſicuti idem de legato chirogra- apho diſpoſitum in allegata *L.3.ff. de lib. leg.* Longè 30 verſa ratio eſt, ſi ipſum pignus legatum fuerit; Hujus im cum alius uſus eſſe poſſit, ſcil. ut interim eo uratur,

vel

vel alii idem oppignoret, non videtur debitum remiſſum, ſed ſaltem ipſum jus pignoris *L. 1. ff. d. l. L. 3. ff. de pact. Struv. ad tit. ff. de lib. legat. th. 79.*

31 Ulterius hic diſquirendum, quid debitori faciendum, ſi debitum ſolutum, & Creditor nihilominus retineat bacillum fiſſum, nec illo præſente frangere, vel etiam reddere velit? Et hoc caſu competet condictio ſine causâ, quoniam hic nulla amplius ſubeſt cauſa, ob quam retineatur *L. 1. L. 3. ff. de cond. ſine cauſ.* Quod ſi debitor facere
32 neglexerit, & alter de novo producat bacillum fiſſum, & iterum ſolutionem exigat, locus erit juramento vel productioni teſtium, quibus ſi intentio Creditoris fuerit eliſa, propter dolum commiſſum inſuper erit puniendus.

33 Ultimo loco notandum, quod bacilli fiſſi regulariter ſaltem poſſint produci lite conteſtata, etiam poſt publicationem atteſtationum usq; ad concluſionem cauſæ *C. 9. x. de fid. inſtrum. Gail. 1. Obſ. 105. n. 4.* nam ante litem conteſtatam illos producere non licet ad hoc, ut ſuper iis cognoſcatur, & definitivè pronũcietur, Eſt enim productio inſtrumentorum, & per conſequens etiam bacillorum fiſſorum, pars quædam & requiſitum probationis, quæ poſt litem
34 demum conteſtatam fieri debet. *Carpz. P. 1. C. 17. D. 9.* Nonnunquam tamen etiam poſt concluſionem produci poſſe teſtatur ex *Menochio 2. a. c. 1. q. 241. Dn. Struv. Ex. 28. th. 32.* ſi nempe noviter ſint reperta.

35 Et hæc ſunt, quæ de materiâ bacillorum fiſſorum dicenda fuere, pauca quæ adhuc reliqua, poterunt ex materia inſtrumentorum hauriri & bacillis fiſſis certâ ratione accommodari. Veniam tamen expecto B.L. ſi in præſenti materiâ officio meo ex voto tuo non fuerim defunctus: Feci, quantum in ſterili licuit materiâ, cui ſi fœcundiſſimi adfectus tui acceſſerit favor, facilè emendabitur, quicquid ex ſterilitate contractum vitii. Penſabo ego propenſiſſimum hunc adfectum materiâ fortè gratiori *Sumtus pietatis causâ impenſos* ſpeciali Diſputatione exhibiturus, modo vitam mihi vireſq; conceſſerit Deus, cui interim pro clementisſimâ ſtudiorum directione gratias ago immortales.

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO ...